



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Misericordia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

nex, dicens: Sobrius esto mente & ora. A  
 Et completa tertia hebdomada venit iterum senex, & interrogavit eum dicens: Aliquidne plus vidisti? Et respondens ille dixit: Vidi columbam, quæ venit, & stetit super caput meum, & extendi manum meam, ut tenerem eam, illa autem surgens intravit in os meum. Et gratias agens Deo senex dixit Fratri: Ecce suscepit Deus penitentiam tuam: de cætero attende tibi metipsum, & esto sollicitus. Et respondens Frater dixit: Ecce amodò tecum ero, donec moriar.

Arnol. tract. de sept. verb. Domini.

Verè, verè Arnold<sup>o</sup> tractatu de septem verbis Domini in Cruce: Non arctatur, inquit, non arctatur numero, non clauditur sine, nullas omninò habet metas divina clementia: sit, qui invocet; erit, qui exaudiat: sit, qui pœniteat; non deerit, qui indulgeat.

1. Joan. 6. Job 22.

¶ Peccata præterita non debent adimere confidentiam, sed præsentia, & volita: hæc, hæc si conscientiam remordeant, confidere non permittent.

Septuag.

*Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus.*

Genes. 4. Hebr.

*Si longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, elevabis ad eum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te. Sept. Fiducialiter ages coram Domino, inspiciens calum hilariter.*

*Quare concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies? Hebr. Nonne si benè egeris, elevabis? vultum, scilicet, per fiduciam.*

S. Isid. Non potest habere fiduciam, quem peccandi recordatio delectat.

De divinâ misericordiâ in peccatores.

PVNCTVM XXV.

Fiduciam fovet consideratio misericordie Dei.

Matth. 18.

Luc. 17.

Est præterea motivum fiduciæ, consideratio divinæ misericordie in peccatores. Hæc nullis clauditur terminis. *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam eum? Quærit Petrus communi nomine, usq; septies? Hucusque restrictio humani cordis. Sed audi latitudinem cordis Dei: Non dico tibi septies, sed usq; septuagies.*

gies septies; numerus finitus pro infinito. Quo audito, accedant discipuli ad Dominum: *Domine, adauge nobis fidem; & dicant: Hæc fides, quam habemus, ad id superat, credendum non sufficit. O divinam misericordiam!*

Misericordia Dei pene fides humana ingens discrimen. 2. Reg. 12.

*Miserere mei, Deus secundum magnam misericordiam tuam. Tuam dicit, non humanam. Væ nobis, si secundum humanam indulgeret.*

Psal. 50. Misericordia divina, & humana ingens discrimen. 2. Reg. 12.

Se ipsum nesciens dignum morte judicavit David: *Filius mortis est vir, qui fecit hoc; cum Deus dixerit: Non morieris. Ulterius scilicet non pertransit humana misericordia. Secundum tuam ergo, non secundum humanam, misere: e me, Deo.*

*Vidimus eum virum dolorum, & scientem infirmitatem. Sept. Homo in plaga scientis ferre iniquitatem. Omne debitum (decem millium talentorum) dimisit tibi, quoniam (duobus verbis) rogasti me. O quam facilis debitorum remissio apud Deum! Non sic apud homines, &c. Et expende, non fortuitò, sed mysterio oblarum domino hujusmodi tantorum millium debitorem: Et cum cepisset rationem ponere, oblarus est ei annus, qui debebat ei decem millia talenta. Quærit Eusebius: Quare cum hoc prius dominus rationem ponere voluit? Et respondit: Ut hujus exemplo cæteri intelligerent, quantum spem habere potuissent. Omnes enim numeri in hoc numero continentur: Cum enim usque ad decem numeramus, nisi iterum ab uno incipiamus, nihil habemus, quod dicamus. Hoc igitur debito majus debitum non est. Et tamen tam facile, tam citò dimisit.*

Isa 53. Septuag. Matth. 8.

¶ Peccata præterita non debent adimere confidentiam, sed præsentia, & volita: hæc, hæc si conscientiam remordeant, confidere non permittent.

*Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus.*

*Si longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, elevabis ad eum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te. Sept. Fiducialiter ages coram Domino, inspiciens calum hilariter.*

*Quare concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies? Hebr. Nonne si benè egeris, elevabis? vultum, scilicet, per fiduciam.*

S. Isid. Non potest habere fiduciam, quem peccandi recordatio delectat.

Matth. 27. Hodie tecum eris in Paradiso. Ad latronem, & usque ad mortem latronem? Deperditio huic sat erat dixisse: *Mecum eris in Paradiso; sed hodie, hodie, ne dilatione gratia diminueretur, inquit*

Matth. 27. Christi in latronem prolixius.

Ambr. quod enim futurum premitit, unius diei spatio non patitur protelari, mox eum in regni, & talis regni possessionem immitit. Si dixisset: *Mecum eris in Paradiso* quidem, sed non nisi exantlatis ante decenniis, aut longioris adhuc temporis iustis Purgatorii laboribus, etiam tunc omnia ejus merita excessisset & vota, etiam

Ambros.

etiam tunc vox Domini fuisset in magnificantiâ: Sed cum nihil distulerit, dixeritq; Hodie, exclamare licet, ô admirabile gratiæ Christi paradoxum! ô inauditum, & præter ipsius etiam latronis opinionem hodie! *Hodie mecum eris in Paradiso.*

Chryf. Quid fuit latrone miserius? Sed repente evasit omnium beatissimus: nam ut erat supplicio damnatus, & ad mortem ducebatur, omnes eum accusabant, totum tempus erat consumptum, & vita transacta fuerat inter scelera, sed quoniam exiguo tempore Christum, ut oportuit, timuit, beatus factus est.

*Exaltabitur parcens vobis.* Nota, exaltabitur, nimirum ex condonatione, ac remissione peccatorum se quasi majorem ostendet.

*Commendat autem charitatem suam De9, quoniam, cum adhuc peccatores essemus, &c.* Græc. notam, nobilem, illustrem facit charitatem suam Deus.

*Propitiaberis peccato meo, multū est enim.* Quæ ratio hæc? Optima cum Deo, qui magnæ miseræ occurrit magnâ misericordiâ. Hinc ille in personâ peccatoris: *Peccavi nimis in vita mea, quid faciam, miser? ubi fugiam, nisi ad te, Deus meus? Peccasti, & vis ad Deum confugere? Adam fugit, tu confugis? Sic q. ia nunc magis quam antea pius, & misericordem se se ostendit, quia jam non Deus ultionum, sed Pater misericordiarum.*

*Miseros facit homines peccatum.* Hebr. *Pietas populorum peccatum, hoc est, peccatum miseros facit, verum est: sed hæc miseria Deipietatem, ac misericordiam provocat.*

*Meministi in quantâ promptitudine, ac facilitate ignovit adulteræ? Hac mulier modo deprehensa est in adulterio. Inclinauit se, & digito scribebat in terrâ.* Quid, quæso, sibi voluit eâ inclinatione, illisq; characteribus in pulvere? Significare voluit suam misericordiam. O quam jam non amplius stylo ferreo in ungue adamantino, ut olim peccatum Iudæ! ô quam jam non amplius in marmore, sed in pulvere debilibiter, & venialiter peccata scribit? Nunc indulgentiarum DEUS pœnas

in pulvere, præmia verò scribit in marmore.

Inclinavit se etiam, ne adultera sic pudore, ac confusione suffunderetur, ut desperaret, sed ipse oculos in terrâ deflexit (memor, quòd pulvis sumus) ut illa in cælum erigeret, & spem conciperet, q. diceret: Vide tua peccata in pulvere, suspirium ea dispergit, lachryma delet. D. Hieron. ait, Dominum in eo pulvere scripsisse peccata eorum, qui eam accusaverant, ut & ipsi sua facinora debilibilia intelligerent, si & ipsi ea delere, & super ea dolere voluissent. Etiam vestra peccata, ô Scribæ & Pharisei, videtis in pulvere, ad quid pœnam vultis exigere alieni delicti? Melius est, ut vestrorum vos pœniteat delictorum: Ecce faciem avertito etiam à peccatis vestris. Ite dolentes. Idque factum esse, D. Ambr. author est.

Et cœperunt, inquit, sua magis peccata desicere, qui alieni criminis venerant accusatores. Id, quod innuere videtur Evangelista, dum ait: *Audientes autem hæc, unus post unum exibant, q. diceret, dimisso capite, atque contriti. Dein conversus ad mulierem trepidantem: Vbi sunt, inquit, qui te accusabant? Nemo te condemnavit? Nemo, Domine. Nec ego, inquit, te condemnabo. Vade, jam amplius noli peccare.* q. diceret: Licet sis morti obnoxia ob tantum scelus, contra quod leges omnes cæli, terraque proclamant, licet peccaveris peccatum gravissimum, gravius homicidio, &c. attramen juvet te mea major misericordia, sufficiat tibi tuus iste internus peccati dolor. Vade, ne amplius solum peccare velis. O clementiam! ô charitatem!

Nec solum peccata scribit in pulvere, peccata Deus sed ad majorem fiduciam, ipse met delet, oculis clausis & clausis oculis peccata delet. David: *delet.*

*Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Quid? Vis, ut tua clausis oculis peccata deleat? Nec vis, ut prius ea videat, numeret, ac perpendat? Quisnam œconomus, quis mercator, aut villicus clausis oculis scripturas rationis delet? Quæ petitio hæc? In mundo impertinens, honestissima cum Deo. *Omnes, omnes iniquitates meas clausis oculis dele.*

N 3 Quid

Chryf. in  
Psal. 127.

Psal. 30.

Rom. 5.  
Græc.

Psal. 124.

In resp. De  
funct.

Prover. 14.  
Hebr.

Ioan. 8.

Christus cur  
in terrâ scripsit

Item. 17.

*Magdalena  
cur retro accessit.*

Quid sibi aliud voluit magna illa peccatrix, dum accessit retrò? Hoc nimirum, ut de more sua illi scelera clausis oculis deleret.

*Luc. 7.  
D. Ambr. de  
pen.*

Adeo pronus est Deus ad remittenda peccata, ut cum Novatiani poenitentiam negarent, contra eos dicat Ambr. Hi Divinitatis naturam, & Dei bonitatem omnino ignoraverunt: Et si in alteram partem esset declinandum, potius dicere debuissent, omnia Deum ignoscere, etiam sine poenitentia, quam negare poenitentes à Deo admitti.

Quod si vultis videre, quàm facile remittat peccata, ad mentem revocate, cuiusnam huiusmodi concesserit facultatem: *Tu es pastor ovium, Princeps Apostolorum, tibi tradita sunt claves regni caelorum.* Quid? claves regni caelorum in manu pastoris? Ut pro arbitrio pastoris, & claudantur, & apertantur caeli! Ad januam Paradisi terreftris collocavit Dominus *Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem*, ne quis ingredi auderet: Et claves januæ caeli sunt commissæ, credita que pastoris, ut quisvis facillimè possit ingredi?

*Gen. 3.*

*S. Petro pastori  
cur tradita  
claves caelorum.*

Idèò D. Petro, ut pastori tradita sunt claves regni caelorum, ut sese illius pastoris successorem intelligeret, qui ex ovium suarum amore pro illis mori dignatus est, qui que pro unâ querendâ nonaginta novem in deserto dimisit. Huic, simili debebantur claves caelorum. Unde Petro non prius Christus Dominus concessit,

*Petrus non ante accepit claves, quàm amorem professus.*  
*Ioan. 21.*

quas promiserat, claves, quàm per amorem proximi sibi eam similem vidit. *Petre, amas me? Tu scis, Domine, quia amo te, pasce agnos meos. Petre, amas me? Tu scis, Domine, &c. pasce iterum præ amore dico agnos meos. Simeon Ioannis, diligis me plus his? Contristatus, &c. Tu scis, Domine. Pasce oves meas, accipe claves.* Quando erat præ zelo sic rigidus, ut vix septies peccatui crederet esse parcendum, non erat aptus clavisibus. *Non solum septies, sed septuagies septies*, hoc est, infinitis vicibus juxta infinitam meam misericordiam, terminum tu ne ponas meæ misericordiae, quæ non habet terminum.

*Act. 10.*

Sic alias cum Petro ostensum esset in mentis excessu *Calum apertum, & descen-*

*dens vas quoddam, velut linteam magnum, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terra*, hoc est, omnium generum peccata, dictumque esset ei: *Surge, Petre, occide, & manduca*; illeque facere recussisset, mox vocem audivit: *Manduca, manduca, quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Cumque id factum esse per ter, non manducante Petro, sed adhuc hæsitante, statim receptum est vas in calum*; ac si Petro diceretur: Tibi peccatorum crimina mastrandi, ipsosque peccatores Ecclesiæ incorporandi officium demandatur, quod dum nimis rigidus facere hæsitat, & quasi horres, in misericors Deus linteam in calum dum recipit, ipsos peccatores suscipiendos, ac in calum, neque solum in Ecclesiâ inferendos, deletis criminibus, declarat.

Etiamsi mille repetas mihi exemplum Eliæ, Phinees, & aliorum (inquit S. Dionys. Arcop. epist. ad Demophilum, ubi Carpi visionem habet) non est hic spiritus Dei, nec sensus Christi, peccatori scilicet indignari, illique non parcere. Calamum quassatum non confringere, linum fumigans non extinguere, sed fovere, sed expectare, ut lumen gratiæ reaccendatur, est sensus Christi. Obviam ire, currere, super collum filii peccatoris procumbere, exosculari eum, est spiritus Dei, est sensus Christi.

*Comprehensus sum à Christo Jesu. Quid, à Apostole fugiebas? O quibus passibus! Sed comprehensus sum: hoc est, me fugientem, Tartareumque petentem barathrum. Christus insequutus est, & comprehendit. Sic Chrysostomus.*

Filio, qui dissipaverat substantiam suam cum meretricibus, filio mille titulis huius nominis indignissimo, talia pater, talia. Sed, qui fieri potest, ut sic benignè suscipiatur à patre? Quisnam pro eo intercessit: Fuitne aliquis Iob pro Absalom? Apud hunc patrem, inquit Chrysol., non intercedit extraneus, intus est in patris peccatore ipse, qui intervenit, & exorat, affectus. *Cum adhuc esset longè, vidit eum pater suus, & misericordiam motus accurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Majestas illa incomprehensibilis, & iramensâ cecidit: illa divina labia figuntur*

*Dionys. Arcop.  
epist. ad Demoph.  
Spiritus Dei  
alius atq; Eliæ,  
& Phinees.*

*Philip. 3.*

*Chryf.  
Luc. 15.*

*Chryf. serm. de  
duobus filiis.*

eri alioquinabilis. *Vidit eum pater suus, A*  
 et si ipse non videret patrem suum. O amorem!  
 O charitatem! *Citò, citò proferte stolam primam, ornamenta, gratiam, virtutes, dona: adducite vitulum mea Divinitate saginatum: occidite Filium meum pro hoc filio. Quid est hoc, æterne Pater? Quodnam hoc gaudium in cælis? Indignatur natu major, quod talia huic perditò exhibeantur. Epulari, & gaudere oportebat ex necessitate, ut sic dicam, amoris, B*  
 quia hic mortuus erat, & revixit, perierat, velut ovis erratica, & inventus est. Hic est Spiritus Dei; tam læto animo excipere peccatorem, ut totum præ gaudio exulter cælum, ut jubilet terra, ut in stuporem vertantur quicunque majori in via DEI sunt præditi lumine, per natu majorem signati.

O quam citò obtinet veniam, qui rogat! Psalmo 50. titulus est: *In finem Psalmus David.* Chald. *Ad laudandum hymnus David.* Hier. *Victori ps. David.* Symmac. *Triumphus ipsi David.* Quid! Tam citò victoriam canis? triumphum, sic dixerim, jactas? Sic, quia Deus citissimè parcit; undè ubi dixerò: *Miserere mei, Deus;* jam veniam obtinui, jam jam de peccatis triumphum retuli. Hinc August. ad illud, *Peccavi, & Dominus quoque, C*  
 transiit peccatum tuum. Tantum, ait, tres syllabæ valent, &c. Et alibi: Tres syllabæ sunt, sed in his syllabis flamma sacrificii coram Domino ascendit in cælum: Quod etiam perpendit Chrysostr. dicens: Unum verbum uno in momento prolatum verè pureque univeisam contulit pœnitenti salutem:

Sed adhuc restant addenda: *Ego quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis Hebr. Pedetentim ambulans cum Ephraim; quasi illius ineptis, ac vœniis puer libus compatiens, nec omnia simul exigens, sed pedetentim. Sept. Ego colligavi Ephraim. Ubi Hieron. Ego clementissimus Dominus ligabam pedes Ephraim, ne a me longius fugerent (hoc enim significat, ligabam,) & quasi repugnantes vinculis meæ dilectionis astrinxit.*

Adhuc ampliùs: *Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in judicio, &*

*justitia, & in misericordia, & miserationibus. Ubi idem Hieron. O quanta (exclamat) D. Hier. ib.*  
 clementia Dei! Meretrix, quæ cum multis amoribus fornicata est, & ob crimen bestius tradita, postquàm revertitur, nequaquam reconciliari dicitur, sed desponsari: Hinc persimili animæ deperditæ, quæ tota erat in sanguine suo, dictum est: *Vivis, hoc est, juxta Hier. pœnitentiam age, & unxite oleo (misericordiæ) vestri te discoloribus (virtutibus, & gratiis.) & calcavite te hyacintho (spe scilicet cæli: (Ut per Ieremiam clamat! Revertite, avertitrix Israel, dicit Dominus, & non avertam faciem meam à vobis, quia sanatus. Sept. Quia misericors sum ego, & non irascar in perbetuum.*

Tertull. ad illud, *Pœnitentiam age, si &c.* Inauditū, ait, misericordiæ genus! Summo cum jure veniam negare posse, & uò solum non negare, sed rogare, sed minari, nisi ad eum revertamur. Tam pater nemo, tam pius nemo:

Quin ed pervenit hæc Dei benignitas, ac misericordia in peccatores, ut eum Soph. 3.  
 oblivisci faciat peccatorum, ac si ea non perpetrassent. *Noli timere, Sion, Dominus Deus tuus gaudebit super te in latitia, silebit in dilectione suâ: q. d. de peccatis transactis perpetuum inducet silentium, ac si nunquam peccassent: Silebit in dilectione sua. Sept. Innovabit te charitate sua; id est, quasi si alia cesses, novaque nupta, te accipiet. Obenignitatem!*

O quam longè ab hac clementiâ spiritus rigidiores! *Vis, imus, & colligimus ea? & ait: Non, sed date spatium, si fortè lolium fiat triticum, quod enim non fit tu gratia, non, non.*

Sic Chrysostr. ad illa verba: *Et aliud cecidit supra petram;* ab insipientia vindicans seminantem: possibile enim est, inquit, ut lapis in terram fertilem convertatur: non, non, sed expectate.

*Vis, dicamus, ut descendat ignis, &c. Nescitis, cujus spiritus estis. Filius hominis non venit, &c.*

In Apoc. apparuit vestitus podere, denud, si opus esset, seipsum sacrificatus:

3. Reg. Elias spiritum habens rigidiorum, 3. Reg. 17. rem,

Psal. 50.  
Chald.  
Hier.  
Symmac.

D. Aug. l. 50.  
hom. hom.  
3. & hom. 4.  
Chrysostr. hom. 5.  
de pecc.

Osee 11.  
Hebr.

Septuag.  
Hieron.

Osee 12.

Chryſtoſtom. 1.  
de Elia.

rem, peccatoresque ob zeli nimietatem A  
ferre non valens, translatus est. Hic, vel-  
uti ex Regum historia recenset Chryſt. ut  
vidit Iudæorum gentem, contempta Dei  
misericordia, perpetuè in deliciis vivere,  
idolorum cultui deditam, & à Deo qui-  
dem impietatem tolerari, ipsos autè lon-  
ganimitate ita ad majorem vitæ impo-  
nitentiam abuti, volens eos punitum iri,  
cogitabat quidnam adversus eos divinæ  
bonitati opponeret, quæ parvis lacrymis  
statim moveretur, ut iram deponat. Dic-  
bat itaque: Bonus erga illos Deus est,  
paucisque eorum flebitur lacrymis: Ve-  
rùm bonitas illa populo malè cedit: lon-  
ganimitate enim abutentes perditè vi-  
vunt, & Deus ipse contemnitur. *Vivit*  
*Dominus, inquit, & non erunt per annos illos*  
*ros, & pluvia.* Deinde cum Deus ei re-  
sponderet: Quid ergo, si pœnitentes illi  
mihi blandientur? Si lacrymas afferen-  
tes spectem? Si à deliciis resipiscentes  
videam? Statim ne dare debeo pluviam?  
Minimè, inquit. *Vivit Dominus, nisi per*  
*os meum non erunt tribus annis ros, & pluvia,*  
*nisi per sermones oris mei.* Non, quando tibi  
videbitur, pœnæ finem facies. Tibi enim  
pro clementia tua semper videbitur mi-  
sericorditer agendum. Sed tunc, quando  
ego pro his oravero, & judicavero, quod  
dignam animæ suæ curam gerant, probe-  
que resipiscant.

Igitur prophetica sententiam reve-  
ritus est, & honorem juramento illi de-  
dit. Rem tamen moderatus Dominus  
sic est, ut Prophetam si nul revereri vide-  
retur, & populi, quem fame paniebat, mi-  
sereretur. Omnes, inquit, peccatores, ô  
Propheta, misericordiæ meæ chirogra-  
phum habent. Ne mendacij apud illos  
me argui feceris. Audi autem & ipse  
chirographi vocem: *Nolo mortem peccato-*  
*ris, sed ut convertatur, & vivat. Proficisce-*  
*re, inquit, & compare coram Achab.* Re-  
conciliari eis volo, sed absque te non re-  
conciliabor, tu gratiam illis præbe, qui  
nunc castigantur. Ego clam apud te pro  
illis intercedo: Tu autem manifestus  
amicitiæ refartæ sis author. *Vade, & com-*  
*pare apud Achab, & dabo pluviam super ter-*  
*ram.* Tu concilia, tu significæ, tu pluviam

Exech. 18.  
3. Reg. 18.

concessam pronuncia, ego autem tuis  
sententiis subscribam. Currit igitur vo-  
lens, & nolen, & imbres futuros prædi-  
cat. Verum impietatem eorum adhuc  
videns iterum tristem quandam in eos  
meditabatur sententiam. Et quid tuac  
ad ea Deus? Videns pertinacem Eliæ ani-  
mum adhuc à misericordia abhorrentem,  
à peccatoribus ipsum segregat. Ego, dicit,  
scio zelum tuum, gratia est mihi anima  
tua: Verùm interim & peccatoribus mi-  
sericors sum, cum supra modum puniun-  
tur. Tu verò valdè severus es pietatis  
exquisitor: unde quia peccatores ob ze-  
li nimietatem ferre non vales, ascende  
quasi in cælum; ego autem in terra per-  
egrinus ero. Nam si diu tibi manendum  
in terris, propediem humanum genus,  
quod à te continuo plebitur, abolebitur.  
Transi in cælum, ô Elia non potest coha-  
bitare ignis calamo. Impecebiles con-  
tuberniones posthac habiturus es. Inter  
Angelorum choros habitare te faciam:  
Ego autem cum peccatoribus peregrina-  
bor, qui in humeris ovem erraticam ba-  
julare possunt.

¶ Ea propter non dedit claves Ange-  
lis, sed hominibus, ut & ipsi infirmitate  
circundati compaterebantur. Osi purissi-  
mis illis Spiritibus confiteri sordes no-  
stras deberemus, quantus esset timor,  
quanta confusio! &c. Quàm verò ex  
hujus institutione Sacramenti misericor-  
diter nobiscum actum est? Olim non re-  
mittebatur peccatum, nisi per solum actum  
veræ, & perfectæ contritionis. Si tantil-  
lum signo, & gradui, quem debet habere  
contritio, defuisset, non remittebatur  
peccatum. Quàm verò difficile est actum ve-  
ræ contritionis elicere? Quid est contritio?  
Est perfectissimè dolor offensæ Dei, qua-  
tenus offensæ Dei est, hoc est, Dei per se  
infinitè amabilis: dolor, inquam, nascens  
ex illo perfectissimo charitatis amore sui,  
non ex timore pœnarum, &c. En quàm  
difficile hunc contritionis actum eli-  
cere!

Contritio fuit illa David: *Miserere mei,*  
*Deus. Tibi soli peccavi. Lavabo per singu-*  
*las noctes lectum meum; aut cum D. Hier.*  
*ex Heb. Naturæ faciam per singulas noctes*  
*lectum*

Elia in cælum  
propter suam  
austeritatem  
ex hominibus  
raptus.

De Sac. pœn.  
Angelis non  
sunt tradita  
claves cali.  
Cur?

Psal. 50.  
D. Hieron.  
Hebr.

Pfal. 6.  
D. Hier.

lectum meum, in lacrymarum nimirum pelago. Sic suum dolorem exprimens dicebat. *Turbatus est à furore oculus meus, aur cum eodem D. Hier. Caligavit pra amaritudine oculus meus; quod penè assiduus lacrymis obæcatus sit. Hæc est contritio.*

Isa. 38.

Fuit & contritio illa Regis Ezechiz: *Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsis, Domine, vim patior, responde pro me; tantus nimirum inerat cordi dolor, ut loqui non posset. Quid dicam? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meæ. At quàm pauci ad hoc signum, gradumque perveniunt? Saul dixit: Peccavi, nec tamen pervenit. Antiochus, qui hæc signa transgressus videtur, nequaquam pervenit, misericordiam enim non est consequutus. Tor alii, qui attritionem habebant, non contritionem, ò si hujus Sacramenti beneficio frui potuissent, quot salvi facti essent, qui sunt damnati!*

Nunc duæ lacrymule, attritio est sufficiens dispositio, ut loquitur Concil. Trid. quâ quis accedat ad Sacramentum, & fiat contritus, eique perfectè remittatur peccatum.

Levit. 13.  
Luc. 17.  
Penitentia & sacramentum magna novi Testamenti gratia.  
Levit. 5.

Ad hæc leprosis olim præceptum erat se publicè leprosis clamare, unde illi in Evangelio clamabant à longè: *Iesu præceptor, &c.* Nunc leprosus evangelicus in aurem solius Sacerdotis se ralem sibilare debet.

Olim quisque ex victimarum qualitate, quæ publicè offerebantur, sua propagabat peccata, nunc sat est coram Sacerdote offerat vitulos labiorum suorum; confiteatur, nimirum, peccata sua, &c.

Et tamen quàm multi sunt hodie, qui tam facili, tam suavi Sacramento abutuntur, præ verocundia, præ timore: &c.

2. Reg. 14.

Sunt qui ratò, semel nimirum in anno tendentur, gravante cæsare Caveant, ne ut Absalom, impotententes moriantur. Sine, exerceat peccatorum cæsaries hac impænitens suspenderit.

Luc. 11.  
Confessione infensus demon.  
Isa. 27.

Erat Iesus ciciens *Demonium, & illud erat mutum.* D. Chryl. & D. Bas. ab effectu nimirum, ne peccator coartetur. Hinc Ilías vocat illud, *Serpentem vestram, & Speranza Scriptura selecta.*

A *serpentem tortuosum.* D. Hieron. ex Hebr. *Serpentem claudentem.*

Meminerint, an fuerit vel initio *serpens claudens.* Confelsine sunt illi peccatum suum? Non. Et unde? Quia *serpens claudens eorum post peccatū clauderat ora,* inquit Greg. O quot hodie in confessione, serpentis operâ, ora concludunt, dum peccatum vel non confitentur, vel excusant, vel palliant, vel extenuant! &c.

Hebr.  
Genes. 5.

Pharao post innumera, fere dixerim, peccata, septimaque jam plaga ob suam duritiam excepta, Exod. 9. ad Hebraicū: *Peccavi, inquit, hac vice, quasi prius non æquè peccaverit, ait Lippom. in catenâ.*

Exod. 9.  
Hebr.

*Sit nox illa solitaria, nec laude digna.* Vbi Gregor. Sunt nonnulli, qui non solum nequaquam desunt, quod faciunt, sed etiã laudare, & defendere non desinunt. Enimurum dum defenditur culpa, geminatur. Contra quod rectè per quemdam in

Lippom.  
Iob 3.  
Greg. ibid.

Confessio sit absq; excusatione peccat orit.

Eccl. 21. *Peccasti, non aditeris iterum.* Peccatum quippe peccato adicit, qui malè gesta etiam defendit, & noctem illam solitariam non relinquit, qui culpæ suæ tenebris etiam patrocina defensionis adjungit. Hinc est, quod primus homo de erroris sui nocte requisitus, eandem noctem esse solitariam noluit: quia dum requisitione ad penitentiam vocaretur, ei adminicula excusationis adjunxit, dicens: *Mulier, quam desisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi;* scilicet, excelsus sui vitium in authorem latenter intorquens, ac si diceret: Tu occasionem delinquendi præbuiisti, qui mulierem dedisti. Hinc est, quod hujus erroris ramus in humano genere ex illa nunc usque radice protrahitur, ut quod malè agitur, adhuc etiam defendatur. Dicatur ergo: *Sit nox illa solitaria, nec laude digna;* ac si apertè exoret, dicens: *Culpa, quam fecimus, sola remaneat, ne dum laudatur, & defenditur, in conspectu nos nostri Iudicis multipliciter adstringat.*

Eccl. 21.

Genes. 3.

*Non declines cor meum in verba malitias,* Psal. 140. ad excusandas excusationes in peccatis, ut aliqui veri filii Adam, & Evæ, qui consueverunt sibi tor excusationum folia. Sic, sic multi aded excusationes hæditarunt,

O tarunt,

**Grac.** karunt, ut ipsas semper excusationes excusent. *Gracus. Ne praxam praximus in peccatis meis. O quot praxtus! o quot fines sine fine! Ob hoc, propter hoc: Ne praxam praxtus.*

**1. Reg. 13.**

**Item 12.**

**2. Reg. 17.**  
**Davidis confesso pura.**

**Psal. 40.**  
**August. ib.**

**Iob. 37.**

**D. Thom. ib.**  
**Iob recte, & aperit confitebatur.**

**D. Greg. ib.**

**Hebr.**

**Septuag.**

Saul o quot praxtus praxtuit in peccato suo! *Necessitate compulsus, &c. Ut sacrificarem; &c. Ne populus dilaberetur, &c. Percipit populus, (non ego,) &c.*  
David peccat, ut non excuset, sed ut clarè fateatur peccatum suum! *Peccavi Domino. Quàm abest ab excusationibus! Non reiicit culpam in foemina se lavantem, non in tentationem, &c. sed in se solum: Peccavi Domino. Nec solum non occultavit; sed, ut ait Ambr., peccatum suum vulgato sermone transmisit, ac deploravit.*

*Sana, sana animam meam, quia peccavi tibi. Hoc est, interprete Augustino: In factis meis, in peccatis meis, non accuso fortunam, non dico, Hoc mihi facit fatûs; non dico: Adulterum me fecit Venus, & latronem me fecit Mars, & avarum me fecit Saturnus. Ego dixi: Domine, misere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi, q. d. nullis ambagibus, nullis excusationibus peccatum involvo, sed ego, ego, qui commisi, ego aperio, & confiteor.*

*Iob: Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu meo iniquitatem. Ubi D. Thom. Quasi homo, id est, sicut homines facere solent, peccatum indebitè negando, vel excusando, vel aliquibus astutiis palliando. Usitatum enim generis humani vitium est, inquit Gregor., & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & convictum defendendo multiplicare. Heb. Si abscondi quasi Adam peccatum meum, q. d. nunquam mihi consui folia excusationum, et si filius Adæ, eavi à culpâ hereditaria. Si abscondi quasi Adam peccatum meum. D. Greg. legit: Si abscondi quasi debili peccatum meum. Melius dici non poterat. O quam debilis ille, qui non valet confiteri peccatum! Sept. Quod si & cum non sponte peccassem, abscondi peccatum meum, non exprovi turbam multitudinis, ut non enarrem coram eis. Du. notabilia in hac Sept. lectione. Quid sibi vult: Et cum non sponte*

*peccassem? Peccare non sponte, hoc est, non ita deliberatè: vel primos motus, qui satis involuntarii sunt, vel primas cuiusque materiae malas cogitationes assignabam, clarè, distinctè. Sed coram quo? Coram multitudine, coram populo culpam dicebam. Miratur hanc humilitatem Chryl. Qui rectè factorum, inquit, nullum testem: quærebat, errorum eundem esse confictos optabat. Eadem admiratione Gregor. Videatur, ait, vir iste cuiuslibet magnus in virtutibus suis: Mihi cerre sublimis apparet etiam in peccatis suis. Mirentur in eo, qui volunt, integritatem iustitiæ, mirentur viscera pietatis: Ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorum, quàm tot sublimia gesta virtutum. Hæc, hæc sunt veræ humilitatis testimonia, & iniquitatem suam cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire.*

*Non abscondi quasi homo peccatum meum. Legit Cajet. Non abscondi, quasi hominem, peccatum meum; hoc est, eo modo, quo homines in latibus abscondunt hominem.*

*Quia tenebra non obscurabuntur à te, vel ut Felix transfert: Tenebra non habent te, nebras apud te; aut ut legit D. Aug. Tenebra non obtenebrabuntur à te; & subdit: Tu ergo noli tenebrare tenebras tuas, & Deo illas non tenebrat, sed magis illuminat. Deus mens, illumina tenebras meas. Qui autem tenebrat tenebras suas? Homines mali, homines perversi, cū peccant, utique tenebrae sunt, dum non confitetur peccata sua, sed in super defendit, ut hi tenebrat tenebras suas. Si ergo peccasti, in tenebris es, sed confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras tuas: descendendo autem tenebras tuas, tenebraberis tenebris tuis. Et quando evades à duplicibus tenebris, qui in simplicibus laborabas? &c.*

*Abscondè, ut liber, peccatum tuum, semper tamen apparebit, & foras erumpet. Tulit Achan regulam auream, &c. Abscondi, inquit, in terra contra medium tabernaculi mei, argentum, & fossa humo operui. At regula erat, aut lingula, ut alii transferunt,*

vant, seipsam detegens, latere non potuit.

Tegit illa prae verecundia lapsus, nec ipsi matri fidit, sed non multo post, hunc ipsum, doloribus attestantibus, ut ait Ruppert, clamando aperit. Osee 13. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum ejus, dolores parturientis venient ei. Tunc clamabit, cum scilicet doloribus mortis circumdata. Confessarium quaerit.

Osee 13.

Amos 8. Judic. 11.

Hebr.

Peccata obnubere quam familiari homini!

Genes. 18. Mulieres procliviter negant suam errata.

3. Reg. 3.

Zac. 5.

3. Reg. 15. Hebr.

A ingredi de parte Afa, Medici, vel sanantis, Regis Iuda, Hebr. confessionis.

Aperi aperi os tuum, mure, & discerne, quod Prov 31 justum est, & judica.

Aperite os spelunca, & educite quinque Iosue 10. Reges qui in ea latitant, Regem Ierusalem, qui beatum, ac pacificum, seseque jam Deo fruente superbe jactat, superbiam scilicet. Regem Jerimoth, Hebr. ebrietate, gulam videlicet. Regem Lachis. Hebr. sibi virum, avaritiam, quae sibi sola est. Regem Hebron, Hebr. conjugium & Regem Eglon, vitulum maroris, iracundiam

B Ideo artificiosa Confessarii charitas requiritur, ut obstetricante manu educat colubrum tortuosum, ne nimia rigiditate claudat ora confiteantium.

Obstetrix illa Zaræ eductum brachium constrinxit, unde infantulus retrahens manum primogenituram perdidit. Peccator ille mali operis manum educit, tu rigidè stringis: ille retrahit manum, obmutescit, dimidiat confessionem, perdit primogenituram.

Sunt qui impatienter nequeunt tolerare peccatorem foetorem, unde mox nasum obturant. O quam parum obsecraverunt actiones Christi! Dicit illi Martha: Ecce, quatruiduanus est. At Christus: Tollite lapidem. Foetet, Domine. Tunc Dominus super os ipsum foetentis sepulcri: Lazare, veni foras. Sic, sic patienter audiendi sunt sine nausæa peccatores. Quod perditore foetet, non foetet Creatori. Quod horret alieni operis everfor, amator sui operis non abhorret. Sic Chrysostomus.

Unde caveat, quæso, Sacerdos, ne acerbâ nimis increpatione, torvoque vultu conturbet confitentem, & vulnus, quod leni fori curandum est, durius contremans, exasperet, ac suppurare faciat, ne forte & ipsi contingat, quod in Vitis Patrum euidam seni quondam contigisse fertur, qui cum adolescentem Monachum, qui impuras passus erat cogitationes audisset, immoderatâ reprehensione propè ad desperationem computlit, indignum Monachi nomine contestans, cujus pectus impudicis cogitationibus patere potuerit. Sed mox ipse

Confessarii sint indulgentes erga peccatores. Gen. 38.

Non sint nasum obturant. Ioan. 11.

Chrysostomus.

Non subaustri, ac terri.

In Vit. Pat. p. 2. Indiscretè quidam alieni tentationibus non compatiens, eisdem ipse tentationibus urgetur.



justo Dei iudicio eadem tentatione tam vehementer inquietari cepit, ut & hic senex, sicut & ille juvenis, iam ad seculum redire secum in animo versaret. Ceterum sapientia, ac sanctitate præditus Apollo Abbas, juvenem vultu demissum cernens, cum tristitiæ causam didicisset, blanditer consolatus est, docens, non esse malum, fœdâ cogitatione impugnari, sed vinci: nam se quoque idem sæpè passum, Deo tamen adjuvante, nunquam succubuisse. Deinde senem, iam relicto, in quietatem egerat, tugurio, vagum, profugumque ad se advocans, ut rediret, admovit, & iam suam expertus imbecillitatem, alienæ misereri disceret, non irasci. Post hæc pro illo precatus, tentationem oratione abegit. Improvidus igitur iste confessionis auditor nonne & se, & confidentem perditum ille? Nonne cæcus cæcum dicens, ambo in foveam corruissent, nisi Apollo Domini miserantis nutu manum suam utrique supposuisset, memor verbi illius: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris?

Gal. 6.

Deut. 23.  
Hebr.  
Hugo Card.  
Hebr.

Non abominaberis Idumæum (Hebr. terrenum sanguinem) quia frater tuus est, id est, consanguineus. Sic Hugo Card. nec Ægyptium (Heb. tribulatum, angustiatum.) Quia (& tu aliquando) advena fuisti in terra eius (in iisdem forsitan, aut gravioribus peccatorum angustiiis constitutus.)

Is. 7.  
Confessarii  
perfecti forma  
Iosue.

Vt Iosue formam perfecti Confessoris expressit: Fili (Achan) da gloriam Domino Deo Israel, & confiteris, indica mihi, quid feceris, & ne abscondas. Ut blandâ, & sua vi compellatione conclusum, & absconditum peccatum educit! Verè, ait, ego peccavi Domino Deo Israel, & sic feci. Quâ confessione recentiores ajunt Achan fuisse silvatum pro cœnâ recipientem eam lapidationem, & concremationem. Vnde nostra confessio, quàm suavior sit, satis aperte Ille enim confessus est & lapidibus obitus, & concrematus: nos si confiteamur, non lapidamur, sed è contrario, si non confiteamur, lapidamur, & concrematur. Iude etiam confundi-

Confessione sua  
salvatus Achan  
Cijet.  
Abul.  
Majus Serat.  
ibid.  
Confessio nostra  
suavissima.

mur, quòd est ille esset lapidibus obruentus (quod & sciebat) per confessionem tamen dedit gloriam Deo: Hos, qui nisi confiteamur, lapidibus obruemur, non tamen confitemur, &c. O quàm Dei benignitate, ac pietate abutimur!

Ite, ergo, ite, ostendite vos Sacerdotibus. Vos totos videlicet Omnes nos, dicebat Apost. 2. Cor. 3: manifestari oportet ante tribunal Christi. Verè, verè Christi tribunal, ejusdem Vicarii sedes: Omnes nos. Si omnes, inquit Tertul. & totos: si totos, & interiores, & exteriores, tam animas, quàm corpora, sensus nimirum. Theod, non fuit, sed manifestari. Sufficit hoc ad eos, qui mala sua non sentiunt, admodos, ut suorum peccatorum vulneribus medeantur; ut non fiant manifesta omnibus. Manifesta ergo, & non manifestabuntur. Sed qualiter manifestari? Græcè, Perlucidos, sine transparentes esse oportet ad instar corporis diaphani, ut referat unusquisque, quæ gessit.

David: Dixi: Confitebor adversum me irjustitiam meam Domino. Dixi Hugo Card. ibidem ex præhabita deliberatione: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Exercitabar, & scopiebam spiritum meum. Campeus? Excutebam spiritum meum. Hebr. Scrutabatur sese spiritus meus. Chald. Investigabat. Sept. Sarriebam Euthymius: Foditabam spiritum meum. Nihil invenio, inquit ille: Excute, scrutare, investiga, sarri, fodi. Fode, fode parietem. scrutare ad lucernulam per cordis tenebras, ac latibula.

Dixi: Confitebor, Hugo Card. id est, si mulcorde, & ore fatebor. Non est enim confessio bona quomodo insistentium in confessione, five excusando, five accusando. Pro animatua non confundaris dicere verum. Item debet esse accusatoria. Vnde dicit: Adversum me. Iustus in principio, &c. Adversum me, non adversum Deum, ut Adam: non adversum fatum, ut Astronimus: non adversum Diabolum, ut populus stultus. Sed adversum me, ut David. Ego sum, qui peccavi, & ego inique egi. Injustitiam meam. Peccata enim debemus confiteri, sicut Publicanus, non justitiam, ut Phariseus. Sic faciunt hypocritæ in confessione: celant peccata, & bona dicunt. Significati per

Tertul. l. d. resur. car. Theod. ib.

Græc.

Psal. 31.  
Hug. Card. ibid.

Isa. 28.  
Psal. 76.  
Campen.  
Hebr.  
Chald.  
Septuag.  
Euthym.  
Ezech. 8.

Confessio bona quomodo insistentium

Prov. 18.

2. Reg. 24.

Luc. 18.

Genes. 27.

per

per Iacob, cuius mater pelliculas hordorum circumdedit manibus ejus, & collinuda protexit. Sic mater eorum, id est, vana gloria, quæ pascit eos, opera pœnitentie prætendit, exterius. Et talibus, quando veniunt ad confessionem, posset dicere Sacerdos, si bene palparet eos: *Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau.* Item dicit non quancunque iniustitiam, sed meam, non alienam: sicut multi faciunt, qui aliorum peccata vel oblique dicunt, vel directè, cum sua deberent dicere: *Mulier, quam dedisti mihi, dixit Adam, dedit mihi deligno, & comedi.* q. d. Ipsa me fecit peccare, & tu ipse, qui dedisti mihi eam. Et retorquent quidam iniquitatem in Diabolum, ut qui dicunt: Diabolus decepit me: quidam in proximum, ut dictum est: quidam in Deum, qui dicunt, se peccasse, Deo permittente, vel dicunt, se esse talis complexionis, aut constellationis, quòd non possunt abstinere à peccato. Sed, qui bene vult confiteri, dicit, iniustitiam esse suam: quia liberum arbitrium habet, quod nisi confiteri, non peccabit. Unde dicit August. super illud Psalm. *Ego dixi: Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.* Edo, ego, non fatum, non fortuna, non Diabolus. Item debet esse confessio satisfactoria, id est, cum proposito emendandi. Unde bene addit, *Domine, id est, ad honorem Domini, scilicet, ut serviam ei de cætero.* Unde Iosue 7: *Fili, da gloriam Deo Israel, & confitere, utq; iudica mihi, quid feceris.* Ex his autem omnibus sequitur confessio peccati, unde sequitur: *Et tu remisisti impietatem peccati mei.*

Ea certè optimæ confessionis forma: *Surgam, & ibo ad Patrem meum. Surgam* per pœnitentiam, inquit hoc loco Hugo Card. qui jacui per culpam, & ignaviam in grabato malæ voluptatis. *Et ibo fide, & opere ad Patrem meum* Christum, ejusque Vicarium. Quàm bonum, Christi Vicarium, & Confessarium putare patrem? Et dicam ei, *Pater, peccavi in celum, &c.* Sic sic ad Confessarium eundem: sic emendanda peccata.

O quàm ab hoc pœnitente longè ab-

sunt, qui verecundantur sese peccatores asserere! Hos apud Climacum ille, quo de jam dicam, confundet.

Contigit, ait, quendam ex prædali ordine ad monasticam conversationem accedere, quem Abbas ejusdem Monasterii ad contemplationem ejus institutionis, confiteri paratæ erat in loco, jussit per septem dies cum quiete persui. Post septem verò dies Pastor eum seorsum ad se vocans, interrogat, & an sibi cum ipsis cohabitare placeret, explorat. Cum verò manifestè conspexisset, ipsum morari velle, cum omni integritate rursus interrogat, quid incongruum, aut inhonestum ab eo factum fuisset in mundo. Igitur ut vidit ipsum ad verbum simul universa confitentem, iterum tentans, dixit ad eum: Volo te hoc coram universâ fraternitate populare. Ille verò verè suum odiens peccatum, & omnem confusionem contemnens, indubitanter spondit: Etiam, si vis, ait, in medio Alexandria civitatis. Deinde congregat Pastor universas in Ecclesia Dominicas oves, numero ducentas triginta, & divina perfectæ Synaxi, in die Dominica, post Evangelii complementum, induci coram omnibus facit illum sine querelâ obnoxium, à quibusdam ex Fratribus tractum, & temperatè percussum, manibusque retrò vincitum, & ethiopi sacco vestitum, aspersumq; pulvere caput habentem, ita quòd ex ipsâ etiam contemplatione confestim commutaverit in plañctum, & ejulatum universos stupore repletos, non enim aliquis noveat, quod fiebat. Deinde cum ad Ecclesiæ portas propè venisset, sanctum illud benigni Iudicis caput clamat ad eum magna voce: *Sto, indignus nanque es ingressu in hæc sancta.* Strupectus est igitur super Pastoris ex Sanctuario ad ipsum illatâ voce, existimavit enim secundum quòd Fratres certificavit novissimè sacramentis, non hominis vocem, sed tonitruum se audivisse. Procidit quidem continuo in faciem tremefactus, & totus timore conterritus, terræque prostratus, pavementum lacrymis irrigabat.

*Clim. gradus 4*  
*De quodam, qui media in Alexandria confiteri paratæ erat.*

Genes. 3.

Psal. 40. August. ibid.

Iosue 7.

Luc. 15.

Hug. Card.

Confessarius velut pater ad eundem.

O 3.

Per 7.

*Confessionis  
ad mirandam  
suspendum  
exemplum,*

*Quanta huius  
fuerit virtus  
contritionis.*

Permittitur iterum, admirabili Medico salarem ipsius in universum negotiantem, & formam salutis, & efficacis humilitatis omnibus exhibente, dicere omnia ab ipso acta specificè coram cunctis, qui cum pavore universa confitebatur per singula omnium auditui peregrina, non solum corporalia secundum naturam, & præter naturam in rationabilibus, & etiam in irrationabilibus animalibus commissa: Verum quoque & usque ad veneficia, & homicidia, quæ audire, vel scripto tradere non est fas. Igitur confessum illum tonderi permittit, atque cum Fratribus numerari, sapientiam verò illius Sancti admiratus, seorsum ipsum interrogavi, cujus rei gratiâ tale peregrinum spectaculum peregrisset. At qui verè Medicus erat: Duorum istorum gratiâ, ait: Primò quidem, ut confessum præsentis confusionis à futura commutarem. Quod & factum est, non enim surrexit à pavimento, & Frater Ioannes, quousque omnium indulgentiam est sortitus. Et neque difficile credas, nam aliquis illic existentium Fratrum in me confidens, dixit: Quia horribilem vidi quendam chartam tenentem scriptâ, & calamum, & quando peccata, inquit, prostratus iste dicebat, ipsam ille calamo cancellabat, & consequenter, Dixi enim, ait: Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Secundum verò est, quoniam quosdam possideo non confessas offensiones habentes. Illos igitur per hunc exhortabor ad confessionem, sine qua nullus indulgentiam sortitur.

*Quòd Deus utitur misericordiâ  
magis quam iustitiâ.*

PVNCTVM XXVI.

Tandem facit ad efficaciora motiva fiduciæ, Deum semper usum esse misericordia magis, quam iustitiâ. Deus æqualiter infinitus est in attributis, quæ

cum ipso, qui infinitus est, identificantur: plures tamen sunt misericordie effectus, quam iustitiæ. Quod dixit S. Iacobus. *Super exultat misericordia iudicii.* Græc. *Gloriatur, seu exultat misericordia adversus iudicium, id est, vincit, & superat, q. 105, in nimirum quantum ad effectus, ut D. August. declarat.*

Hinc misereri, & parere dicitur opus Dei punienti. Sic Isai *instrumenta* *Ut faceret opus suum (misereri) alienum opus propria nulla eius (irasci) & punire opus suum, habet. peregrinum opus eius ab eo. Vultis videre, Isa. 28. quam peregrinum?*

Volebat quondam secare, ac radere, nec novaculam unam habebat. Unde illam, quæso, habuisse putatis? In novacula conductâ, inquit Propheta. Verum qui fieri potest, ut in domo Dei non sit gladius, qui radat, opusque sit novaculam conducere? *Alienum opus eius.*

Hinc est, quòd ubi in Scriptura sic absolute dicitur Deo: *Fac, sine alio additamento, per antonomasiam subauditur, misericordiam. Attende, Domine, & fac, id est, misericordiam. Si iniquitates responderint nobis, Domine, fac propter nomen tuum, id est, propter nomen tuum fac nobiscum misericordiam tuam. Laudate, Isai. 44. cali, quoniam Dominus fecit, supple, misericordiam. Fac cum servo, quid? declarat ipsemet, secundum misericordiam tuam. Ut faceret opus suum.*

Cum sermo est de misericordiâ, mensurarum quidem sit sermo, sed quæ terminum non habent. *Edificabitur civitas Domini, & exiit ultra normam mensura. In omnem terram exiit sonus eorum. Heb. Exiit linea, seu norma eorum, hoc est in fundatione suæ Ecclesiæ non est usus mensurâ, aut lineâ terminatâ, sed lineam protraxit infinitam, ut omnibus scilicet communicaret gratiam Evangelii. Sed cum sermo est de iustitiâ, omnia strictè, & cum mensuris. Ponderus, & statera, iustitiâ Domini. Ponam in pondera iudicium, & mensuram iudicabis eam; hoc est, examinationis mensuris, ac inter se collatis, q. d. mensuremus cum hac, mensuremus cum illâ, ad amissum, & c.*

*Cogi-*

*Cogitavit Dominus dissipare murum filia A*  
 Sion. Notate: antequam dissiparet, cogitavit; ubi bene cogitavit, noluit ut-  
 cunque dissipare; sed *Tetendit funiculum*  
*sui*, ut nimirum architecti, aut fabri mu-  
 rarij facere solent, dum timent, ne aliud  
 pro alio destruant, prius perpendiculo,  
 seu linea designant locum. Sic Dominus,  
 inquit Rupert. ista cogitavit, & cum con-  
 filio egit: negotii videlicet summam in  
 libra rationis appendit, & tetendit super  
 eam funiculum septuaginta annorum.  
 Ubi autem destruxit, non id funditus, &  
 repente fecit, sed paulatim quasi materiz  
 depulsa manum porrigens. *Non avortit*,  
 inquit, *manum suam a perditione*; hoc est,  
 aliquantulum retinuit, ne totus simul paries  
 praeceps tueret.

Rupert. Ab.  
lib. 1. in Jer.  
c. 44.

D. Chryf.  
hom. 5. de poen.  
Deus ex templo  
construit son-  
sum, ac paula-  
tim.

Gen. 2.  
Ios. 6.

Rom. 8.

Theoph. ibid.

Punire miseri-  
cordi Deo velut  
abusus.

Jerem. 18.

Chrysostomus: In nobis structuræ  
 quidem multum temporis, parum verò  
 destructionis, è contrario autem fit in  
 Deo, cum struit, velociter struit, cum de-  
 struit, tardè destruit. (Comprobat.) Sex  
 in diebus caelum, terramq; fecit, magni-  
 tudines, lateraq; montium, &c. sed vult  
 Iericho demoliri, & dicit ad Isaacem:  
*Circuite eam septem diebus, & octavo die ca-  
 det murus.* Post admiratione plenus ex-  
 clamat: Mundum univèrsùm sex in die-  
 bus construis, & unam urbem septem  
 diebus solvis! *Alienum opus ab eo.*

Apost. Rom. 2. *Reddet unicuique secun-  
 dum opera a ius, his quidem, qui secundum pa-  
 tientiam boni operis, gloriam, & honorem, iis  
 autem, qui non acquiescunt veritati, ira, &  
 indignatio, Quoniam hæc dicendi forma,  
 o Apostole! Theophyl. Adverte autem,  
 ut Deum asserat gloriam, & honorem  
 largiri, n'æsta verò nequaquam: Neque  
 enim iram, indignationem, tribulatio-  
 nemq; & angustiam dixit, à Deo infer-  
 ri. Vivificandi Deo inest facultas, nobis  
 verò pro nostra ignavia, supplicia, & cru-  
 ciatus. *Alienum opus ab eo.**

Adeo alienum est, ut cum a stris exi-  
 gentibus e ips, Deus irasci cogitur, &  
 punire, punitionem ipsam præter Dei  
 usum, ab usum dicat Propheta: *In tempo-  
 re furcristus ab utere eis.* Et quidem crudi-  
 tate vulgus huc ita transfuisse visus est,  
 quod est Græcè: *Fac in eis.* & Chaldaicè:

*Sume vindictam ex eis: quasi punire, vin-  
 dictam sumere, non tam penè sit miseri-  
 cordi Deo usus, quam abusus.*

Græc.  
Chald.

Adeo alienum irasci, & punire à Deo,  
 ut cum id facturus est, non videatur id  
 solus posse facere; sed consilium adhibet,  
 &c. Sic adhuc post auditos scelestorum  
 clamores, superbiorumque illorum ho-  
 minum conatus: *Venite: inquit, descen-  
 damus, &c. Et, Descendam, & videbo, utrum  
 clamorem, qui venit ad me, opere compro-  
 verint, an non est ita, ut sciam.* Totam nimirum  
 Trinitas eo vocatur: Volunt videre, ex-  
 aminare, scire, rem per causam cognosce-  
 re, propriis oculis videre, non clausis  
 oculis in flagella tuere.

Gen. 11.  
Gen. 18.

O crura marmorea ad vindictam! sed,  
 o pedes ignei, & alati ad misericordiam!  
 Hinc cum ad animam venit, currit, cum  
 ab anima recedit, non videtur pedem ef-  
 fetre, aut levare posse. *Revertere, rever-  
 tere, dilecte mi, similis esto (in reverendo)  
 caprea, hinnuloq; cervorum.* Venturum fa-  
 cit similem velocissimis animalibus, at  
 recedentem dicit habere crura marmo-  
 rea. *At ille declinaverat, atque transierat.*  
 Quo gressu, o Sponsa? Subdit: *Crura  
 ejus, columna marmorea.* Quid hoc! Iam  
 dixeras pedes ejus veloces ut pedes hin-  
 nulorum cervorum; nunc crura habet  
 marmorea? Ne miremini. Tunc venie-  
 bat, nunc recedit: recedit autem sic tar-  
 dè, ut recedere non posse videatur; quia  
 nimirum crura ejus fundata sunt super  
 bases aureas charitatis.

Deus impediit  
pedibus ad vin-  
dictam, alati  
ad benefacien-  
dum venit.

Cant. 2.

Cant. 5.

Sed misericordiam facturus expectare  
 non potest, se ipsum continere non va-  
 let. Isa. 30. *Expectat Dominus, ut misereat-  
 ur vestri.* Quid hic creditis significare,  
*expectat?* Vult dicere, expectare non po-  
 test. Qui vehementi flagrat desiderio  
 aliquid faciendi, dicere solet, expecto, ut  
 faciam. *Expectat Dominus, ut misereatur  
 vestri.* Hebr. *Suspirat, anhelat Dominus,  
 ut misereatur vestri.* Expectare non potest.

Isa. 30.

Deus suspirat,  
ut misereatur.

Hebr.

*Zachæ, festinans descende: quia in domo  
 tua oportet me manere.*

Luc. 19.

Chrysolat. de B. Philog. Benignus est,  
 & quemadmodum parturiens cupit emit-  
 tili factum, ita & ille cupit effundere mis-  
 ricordiam suam erga peccatorem.

Chryf.

D. Bern.

Aet. 9.  
D. Bern. ser.  
1. de corr.  
S. Pauli.

D. Bern. ad illud, *Subitò circumfulsit eum* A  
*lux de celo.* Illustrat, inquit, caelesti fulgo-  
re vel foris, intus adhuc luminis incapa-  
cem, qui necdum infundi poterat, divinâ  
falcem circumfunditur claritate. *Suspirat,*  
*anhelat Dominus, ut misereatur vestri.* Ut  
radius, quò intrare potest, mox intrat: Sic  
divinus splendor animam circumfulget,  
ut intret, & illuminet. *Anhelat, ut mise-*  
*reatur vestri.*

Isa. 55.  
Heb.  
Deus multus  
ad ignoscendū.  
Quo sensu?

Multus est ad ignoscendum. Hebr. Mul- B  
tiplicabitur ad ignoscendum. Transforma-  
bit sese in varias formas, nunc peregrini,  
nunc olitoris, &c. ut gratiam suam im-  
periat. Quo sensu Petrus gratiam mul-  
tiformem appellat: *Sicut boni dispensato-*  
*res multiformis gratia Dei.* O quot in for-  
mas se vertit! Adversitas forma est gra-  
tia, rerum jactura est forma gratiae. Mul-  
tiformis gratia Dei. *Multiplicabitur ad igno-*  
*scendum, vel multiplicat ad condonandum,*  
*vel condonationes multiplicat.*

Foret ex  
Hebr.

Huc iterum facit, quòd ubi sermo est  
de justitiâ, sermo est guttarum, atq; stil-  
larum. *Stilla ad Africum, stilla ad sanctua-*  
*ria.* *Stillabit seror meus super civitatem istam.*  
*Stillabit super nos desolatio, & maledictio.*  
*Manus mea stillaverunt myrrhâ, & centū in*  
*locis, ubi sermo est myrrhæ amare morti-*  
*ficationū, castigationū, flagellorū, adver-*  
*sitatū; de stillis sermo est distillat nam-*  
*que, & guttatim, non totam effundi.*  
Deus iram suâ, ut ait in his locis Hieron.  
Hinc in Apoc. ira Dei dicitur asservari in  
phialis aureis, quæ cum os angustum,  
constrictumque habeant, totam simul irâ  
non possunt effundere, sed paulatim, gut-  
tatimque stillant. Nec vacat mysterio,  
phialas esse aureas: quia nimirum ira est  
in misericordiâ, quæ eam continet, ne to-  
ta simul effundatur. Hinc calix iræ Dei E  
paululum inclinatur, neque susque de-  
que voluit, ut exinanitur. Sed oleum  
misericordiæ totum effunditur. *Oleum*  
*effusum, nomen tuum.* Sept. *Oleum eva-*  
*cuatum, sive oleum exinanitum, nomen tuū.*  
Ubi Ambros. Calix ad feriendum non est  
exinanitus, calicem enim iræ exinanire  
non novit, sed exinanitum tamen est un-  
guentum. O effusam misericordiam!  
Pialæ aureæ iracundiæ Dei: balsamum

Isa. 20.  
Ierem. 34.  
Dan. 9.  
Cant. 5.

Ira Dei gutta-  
tim stillat.

Apoc. 15.  
Ira Dei ser-  
vatur in phialis  
aureis. Quo  
mysterio?

Psal. 74.

Cant. 1.  
Septuag.  
Ambros.

spargitur ac in terram effunditur? Vene-  
num quis unquam vidit in phialis aureis  
asservari, balsamum vero spargi, & effun-  
di? Quid hoc? Nisi quia ad eò misericors  
est, ut misericordiæ veluti aquæ copiam  
faciat, ad eò restrictus in justitiâ, ut eam  
constringat in phialis & phialis aureis  
angusti oris, ut stillet, ut guttatim  
fundat.

Cum autem de misericordia sermo est, *Misericordia*  
non guttarum, sed pluviarum, sed fluvi-  
orum sermo est. Idem Ioan. qui vidit iram  
in phialis aureis, misericordiam vidit ut  
fluviū aquæ vivæ procedentem de thro-  
no Dei, & agni. *Fluminis impetus latificat* Psal. 45.  
*civitatem Dei.* *Declinabo super eam quasi* Isa. 66.  
*fluviū pacis.* *Effundam super vos aquam* Ezech. 36.  
*mundam.* *Fons horiorum, puteus aquarum* Cant. 4.  
*virventium, quæ sicut impetu de Libano.* Psal. 67.  
*Pluviam voluntariam.* Alii: *Pluviam gra-*  
*tiarum, charismatum, liberalitatum, dono-*  
*rum, &c.* Nec unquam agitur de mensu-  
ris angustiis, rasilibus, sed confertis, coagi-  
tatis, supereffluentibus. *Mensuram bo-*  
*nam, & confertam, & coagitatam (calcatam,* Luc. 6.  
*decussam, ut nihil vacuum relinquatur)*  
*quinimod, & superfluentem dabunt in sinū*  
*vestrum.* O effusam verè, & profusam  
Dei misericordiam, quam versat ut flumina! Sed ut  
restrictus in castigando! ut mensurat!  
*Et ligat aquas (tribulationum) in nubibus*  
*(sive misericordiæ) ut non erumpant pariter* Job. 26.  
*deorsum! ut stillat! &c.*

Huc etiam facit quorundam observa-  
tio, quæ est hujusmodi, Vbi in Scriptura  
sermo est de misericordiâ, dicitur Deus  
eadem uti ambabus manibus, & numero  
multitudinis: *Manus tuæ, Domine, fece-*  
*runt me.* *Et amplectens eos, & imponens ma-*  
*nus benedixit eos, &c.* cum autem sermo est  
de justitiâ, in numero unitatis: *Manus*  
*Domini tetigit me; tactu solius manus.* Job. 19.  
*Convertam manum meam ad te.* Sermo est  
de flagello, vel ut melius dicam, de quasi  
flagello, de funiculis, unicâ manu, solo  
contactu. Sed cum sermo est de blandi-  
titiis, de ambabus manibus, de amplexi-  
bus, de osculis sermo est: *Et procumbens* Luc. 15.  
*super collum ejus, &c.*

Ad eò

Deus maxime iratus non obliuiscitur misericordiam. Habac 3.

Aded misericors, ut quo tempore se A magis ostendit iratum, non possit simul non sese misericordem ostendere: Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Deus nunquam magis iratus, quam ubi omnis terra corruptit viam suam, & diluuium misit. Sed notate, tale diluuium, quod omnes eradicavit arbores, non eradicasse oliuam: Unde columba retulit. Ramum oliuæ uirentibus foliis. Mirum certe: sed mysticè hoc innuebat, Deum vel magis iratum misericordiam recordari.

Gen 7.

Exod. 9.

Excandescens quondam in Pharaonem, cum iam plures imisisset plagas, vocavit Moysen: *Mane conserge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hac dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum, ut sacrificet mihi, quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum, ut scias, quod non sit similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum meam, percussiam te, & populum tuum peste, peribis q. de terra. Et plura cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto à die, qua fundata est, usque in præsens tempus. Heu, heu, qualis, & quanta hæc Dei indignatio! Sed audi sequentia: Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta, & omnia, qua habes in agro, &c. Ecce, ecce clementiam Dei, qui etiam irascens, iram clementiã diluit, eaque peccata temperat, & mitigat. Sic August. Hugo Carenis, & Steph. qui præsertim expendens uerba illa: *Et grandis, & ignis mixta pariter ferebantur*; ira fatetur: In igne feruor diuini amoris exprimitur, quia & hominem punit, & signum amoris impendit.*

August. Hugo Caren. & Steph. ib.

Psal. 76.

Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? hoc E est, nunquid fluium huic miserationum poterit continere? Non, sed iram, ut duplicibus misericordiam ripis restringit, & continet. *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.*

Nabum 1. Hebr. Chald. Hebr. Psal. 29. Isa. 26.

Dominus patiens, & magnus fortitudine. Heb. Dominus latus naribus. Chald. Dominus longe propellens iram. Ira in indignatione ejus. Hebr. Ad momentum, vel momentanea est ira ejus. Sic in Isa 26. *Abcondere Speranza Scriptura selecta.*

modicum ad momentaneum donec pertransent indignatio. Vbi Hieron. ut nimirum doceat, breue tempus esse, & momentum, quo Dei pertransit indignatio. At *Vita in voluntate ejus*, vel ut transfert Hieron. *Vita in propitiatione ejus*, vel ut Varablus. *Vita in beneplacito ejus*. seu ut Cajet. *Vita* (non solum *vita*) *in voluntate ejus*.

Hieron.

Varab. Cajet.

Non ex corde suo humiliavit, & abiecit filios hominum. Quid, quod vel animalia videtur non posse occidere? Occisurus, ut dictum est, pecora Ægypti, admonuit per Moysen Pharaonem, ut ea sub recta recolligeret, ne grandine tacta perirent. Vbi August. præcipue, & Theod. hanc diuinam adnotarunt misericordiam: *Alienum opus ejus, peregrinum opus ab eo.*

Toren. 3.

Exod. 9.

August. & Theodoretus.

Aded verum, ut si quandoque contingat irasci, & ad flagella venire, suam naturam mutare videatur. Clarè id dicit: *Isa. 27. Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam? Hier. ex Eccl. Hieron. Quis me faciet durum, atq. crudelem, & vincam naturam meam? q. d. Meapte natura sum totus misericors, quis mihi det, ut meam hanc vincam, ac mutem naturam, & rigidus fiam?*

Hinc volens de Adamo sumere supplicium, id egit sumptâ hominis formâ. E- ducit id Augustinus ex eo verbo, *deambulabat*; nimirum in humanâ formâ, & passibus humanis, quasi eum puderet, ac ei nimis repugnaret punire in forma Dei.

Genes. 3.

Deus hominis formâ induit, cum voluit punire hominem. Cur? Genes. 19. Olear.

Ob id nec in Pentapolim iuit, aut eò invisibiliter iuit, ut ait Olear, ne in punitione videretur. Et Angeli, qui iuerunt, ut lento gradu, ut tardè peruenerunt? *Veneruntque vespere, &c.* Vbi expendendum venit, quod eò aduentantes, ad eò lentè movebant gradum, ut ipsi Abraham (ante cuius hospitium consulto transire voluerunt) potius stantes, quam incedentes viderentur: *Apparuerunt ei tres viri stantes.* Qui & ab eo rogati, ut apud se pranderent, libenter annuerunt, expectaruntque libentissimè, ut commiserentur tria sata similia, indeque fierent subcineritii panes, occideretur, coquereturque vitulus. Et à prandio non statim abeunt, sed adhuc sedeat, confabulanturque: *Vbi est Sara, uxor tua? &c.* Cumque tandem surgunt, non protinus

Gen. 18.

alas expandunt, verum eum eodem A  
 braham pedetentim vadunt: *Abraham  
 simul gradiebatur, deducens eos, ac inter lo-  
 quendum, occasionem ei praebeat, ut ro-  
 get, ne illuc omnino pervenire cogantur,  
 quod tandem ubi pervenire cogantur,  
 quod tandem ubi pervenire cogantur,  
 quod tandem ubi pervenire cogantur,*  
 sed adhuc moratur, etiam apud Lot coenaturi expectant, ut  
 coquantur azyma, &c. Quid hoc? Quid,  
 o Angeli tam longas necitatis moras?  
 Quondam Angelus à Iudaea in Babylo- B  
 nem (non à convalle Mambre in Penta-  
 polim) quod est per tot, tantaque millia-  
 ria, nec temporis quidem punctum ex-  
 pectans, ut prandium pararetur; sed jam  
 paratum vel ipas messoribus arripuit, at-  
 que Habacuc transtulit in impetu spiritus  
 sui. Quid hoc, inquam? Ille volat: &  
 quid dico, volat? Fortè tanto impetu fer-  
 tur, ut nec medium pertranseat, si modò  
 corporeus Propheta non obstabat: Illi  
 vix pedem efferre possunt, ac prandium,  
 coenam q; parari patientissime sustinent?  
 Cur hoc? Quia nimirum ille ad benefa-  
 ciendum vadit; hi verò, quia ad punien-  
 dum vadunt, veluti coacti pertrahuntur,  
 unde & lentissimo incedunt gradu. *Vene-  
 runtq; vespere.*

Dan. 13.

Exod. 20.

Hieron. in 18.  
Exscla

Isa. 26.  
Mich. 2.

Hieron.

Huc facit illud: *Ego sum Dominus Deus  
 zelotes, visitans iniquitatem patrum in  
 filios in tertiam, & quartam generationem.*  
 Quae verba acurè expendens Hieronym.  
 Non truculentia est, inquit, & severita-  
 tis, iram tenere usq; ad tertiam, & quar-  
 tam generationem; sed signum miseri-  
 cordia, poenam differre peccati. Quando  
 enim dicit: *Reddens iniquitatem, &c.* hoc  
 indicat, quod tanta misericordia sit, ut  
 non statim puniat, sed sententiam differ-  
 rat puniendi.  
 Utque summam multa complectar, E  
 cum punire cogitur, è suo veluti naturali  
 centro, ac circulo egredi videtur. Ecce  
 Dominus egreditur de loco suo, ut visitet ini-  
 quitatem habitatorum terra. Ecce Domi-  
 nus egreditur de loco suo, & calcabit super ex-  
 celsa terra. Egreditur de loco suo, inquit  
 Hieronymus, quando quiescem, & man-  
 suetudinem, & clementiam suam pro  
 emendatione peccatorum rumpere cogi-  
 tur, qui cum per naturam dulcis sit, vitio

A nostro amarus efficitur, non sibi, sed nobis.

Quid, quod ubi cogitur formare judi- Dan. 7.  
 cium, & ferre sententiam in peccatorem, Apoc. 1.  
 canescit! *Antiquus dierum sedit, &c. capil- Dous punitu-  
 lieus, tanquam lana alba, & sicut nix. Sic rus canescit.*  
 in Apocal. acturus iudicium contra quos-  
 dam Episcopos, apparuit canitie cooper-  
 tus, qui in Cant. erat candidus, & rubicun-  
 dus; qui ut more nostro loquamur, do-  
 let, affligitur: *Tactus dolore cordis intrinse-  
 cis: Dolebo, inquit, hominem, quem creavi.*  
 Heu! vindicabor, &c. Mala nostra videre  
 non sustinet. Ubi Satanà dedit facultate-  
 tem, ut Iobum exulceraret, non sustinuit  
 videre, sed egressus est Satan à facie Do-  
 mini: ut solet, qui videre sectiones non  
 sustinet, aut discedit, aut Chirurgus dicit,  
 ut seorsum ad secandum vadat. Hinc dat  
 significationem, *Vt fugiant à facie arcus.*  
 Hinc Psal. 7. arcum tendit, & parat, ubi  
 observat Basil. omnem Dei operam in in-  
 tendendo, & parando arcu consumi, ad  
 terrendum, videlicet, ne cogatur sagit-  
 ram emittere.

Doler, affligitur.  
Gen. 6  
Isa. 1.  
Iob 1.  
Non sustinet  
videre. Dinos-  
lum affligen-  
tem homines.

Psal. 7.  
Basil.

Hinc dum caelum tonat, homines que  
 pertimeant, ne caelum terrae misceatur,  
 fulgura in pluviam facit.

Psal. 134.

Et ecce spiritus grandis, & fortis subver-  
 tens montes, & conterens petras, non in spiritu  
 Dominus. Et post spiritum commotio, non  
 in commotione Dominus. Et post commotio-  
 nem ignis, non in igne Dominus. Hucusque  
 visiones imaginariae, & ad speciem tan-  
 tum, inquit Cajet. Et post ignem sibilus au-  
 ra tenuis, vel Hebraicè: *Et vox emissa sub-  
 tilis.* Et in hac Dei praesentiam, ut in di-  
 vine miserationis symbolo, persensit E-  
 lias, ut optimè idem notat Cajetanus.

3. Reg. 19.

Cajet.

Hinc & mysticus David lapides misit  
 in peram, in qua, juxta Hugonem, mul-  
 gebat lac: aut in sculam, ut inquit Chry-  
 sost. ut olim arcum posuit in nubibus in  
 signum foederis.

1. Reg. 17.  
Hugo ibi.  
Chrys. hom.  
de David, &c.

Hinc deniq; ceu Pater amans, si quan-  
 do virga percutit filium, virgam postea  
 pra dolore confringit. *Arcum conteret, &  
 confringet arma, & sentia combures igni. Ar-  
 cum, & gladium, & bellum conteram de ter-  
 ra. Sic dolet: Non est qui confurgat, & te-  
 neat me, ceu Pater, qui castigare nollet:*

Psal. 45.  
Os 2.

quia

quia & doluit Dominus super miseriis eorum, ut aliqui per amoris excessum faciunt, dum plorant, vel cum filio, vel cum uxore plorante. At misericordiam facturus, ut lætatur! In servis suis miserabitur Deus. Græc. In servis suis consolabitur Deus; non dolebit, sed gaudebit, sed consolabitur Deus.

Dani. 10.

Græc. Orig. hom. in c. 1. Jerem.

Deus pro amore, cum punire proposuisset, habet.

Isa. 1.

Gen. 19.

Jerem. 1.

Optimè quidem Origenes: Deus ad beneficiendum promptus est: ad puniendum autem eos, qui poena digni sunt, dissimulat. Cum possit quippe tacens, & sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat, nunquam hoc facit, sed etiam si condemnaverit, dicit, quod sibi semper dicere propositum est, ut liberentur à condemnatione per poenitentiam, qui condemnati fuerat per delictum. Horum exempla, cum de Scripturis multa possimus accipere, sufficiunt incidentia. Ninivæ peccatores condemnati erant à Deo: adhuc enim quadraginta dies, & futurum, ut Ninive subvertatur. Noluit eos cum silentio Deus punire damnatos, sed dans eis locum poenitentiae, & conversionis, misit Prophetam, ut dicente illo: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur*; qui condemnati erant, non perirent, sed agentes poenitentiam, impetrarent misericordiam Dei: Qui in Sodomis, & Gomorhis, jam erant exitio destinati, ut manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham: Attamen quod erat suum, fecerunt Angeli, volentes eos salvati, qui se indignos salute iudicaverunt, hæc dicentes ad Lot: *Est tibi aliquis gener, aut filii, aut filia?* Neque verò ignorabant, non esse eos secutos Lot, sed ostenderunt suam pariter, & eius qui eos miserat, benignitatem in homines, & amorem.

Horum quiddam simile invenimus in Jeremia scriptum esse. Est enim annotatum tempus prophetiae ejus, quando coepit prophetare. Quisque ergo, qui Scripturas legit, sciet, quia coepit prophetare in diebus Iosia, filii Amon Regis Iuda, usque ad tertiumdecimum annum regni ejus: deinde propheta verit in diebus Ionkim, filii Iosia, Regis Iuda, usque ad consummationem undeci-

mi anni Sedecia Regis Iuda. Et legens didici, quia per tres Reges prophetia ejus con-texta sit, usque ad captivitatem Ierusalem in mense quinto. Quid ergo docemur per hæc? Condemnaverat Deus Ierusalem propter peccata, quae fecerat, & hæc erat extrema sententia, ut captivitate relinqueretur. Veruntamen cum hominibus amator, nec quemquam velie perire, antequam depopulationis tempus instaret, misit & hunc Prophetam, ut per sermones ejus ad poenitentiam converteretur: misit eundem sub secundo Rege post primum: misit quoque sub tertio. Quid plura? Captivitas jam immincebat, & adhuc admirabatur Deus, tribuens, ut ita dicam, & ante unam diem locum poenitentiae. Unde scriptum est, usque ad captivitatem, & usque ad quintum mensem prophetasse Ieremiam. Iam hostium vincula restrinxerant manus, & nihilominus hæc quodammodo dicebat Deus: *Ecce captivi facti estis, agite, licet sero, poenitentiam: rogate me, & parcam vobis. Possum emere de captivitate, qui tradidi.*

Hanc eandem Dei bonitatem, ac longanimitatem expendens Chryf. imperat, inquit, iusto, ut fabricet arcam, volebat enim illos, qui tam graviter peccaverant, fabricatione arcae admoneri, ut secum cogitarent, quae fecissent, respiscendoque indignationem non experirentur, neque a parvum illis tempus denuo ad respiscendum concessum, donec fabricaretur arca, sed planè multum, & sufficiens fuisset, nisi aded ingrati, & stupidi fuissent ad eratorum emendationem. Verum simile enim, quod quicumque ex his vidit iustum, qui fabricabat arcam, & causam extractionis sciscitatus sit, & postea cognoverit divinam indignationem, indè si voluisset, potuisset ad suorum peccatorum agnitionem venire. Verum hæc illis nullam utilitatem attulerunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt.

Igitur postquam de construenda arca iusto præcipit, communicat, & narrat ei poenae speciem, quam illaturus erat, & dicit: *Ego autem inducam diluvium super terram.* Etiam nunc pro sua misericordia indignationem bonitate temperat, talem

Chryf. hom. 24. in Gen.



pœnam infert, quæ sine dolore sit, & non sentiantur, & quia video ulcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluentia, ut ne gravioribus pœnis obnoxios se faciât.

Post hæc: *Adhuc septem dies sunt, & ego inducam pluviam super terram.* Attende, obsecro, etiam ex iis bonitatis divinæ excellentiam, quomodo post tantam longanimitatem etiam nunc ante septem dies prædicat, volens metu emendatioris illos reddere, & ad pœnitentiã reducere.

Tandem: *Inducam pluviam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Quid? Non erat ei possibile, ut uno die totam pluviam induceret? Quid, inquam, uno die? Vno momento posset: Sed hoc dedita operæ facit, volens simul, & timorem incutere, & occasionem præstare, quã possent pœnam, quæ iam in foribus esset, effugere. *Ei delebo, inquit, omnem substantiam, quam fecit, a facie terræ usque ad pecus.* Vide quomodo & semel, & iterum prædicat, & neque sic sibi supplicatur?

Huc facit, quod semper punit citra condignum, ut communis est Theologorum consensus, & præmia confert ultra meritum. Vel in ipso Inferno verè illi dicere possunt: *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* Hinc Matth. 25. dicitur: *Hæc autem à sinistris, unde scilicet ad puniendum minor vis. Oras autem à dextris, ut aperiat, vel ultra meritum in retribuendo manum, sinistram aurem citra condignum restringat.* Sed ut manum aperit benedicturus, ut largè retribuit! *In paucis vexati, at non in paucis, sed in multis benè disponuntur. Memento autem, quæ leve nostra tribulationis, quæ contrapositiona habet? Audi: Supra modum in sublimitate æternum gloria pondus. Seminantes in lacryma. Hebr. Seminantes (vel) in lacryma, in exultatione metent.* O misericordissime Deus!

Hac insigni misericordia ad sese Deus attrahit peccatores. Ob hanc dicebat David, tibi libenter inservio, Domine, quod si durus esses in peccatores, si non parceres eis, quis te sustineret? quis ferviret Deo implacabili? *Si iniquitates obferuaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Sed quis apud te propitiatio est, & propter la-*

**A** gem tuam (ignoscendi pœnitentibus, & contritis) sustinuit te, Domine, & sustinent te peccatores, qui si te misericordem non experirentur, procul fugerent. Sed hæc ad te sponte deducit peccatores, qui currunt in odorem unguentorum tuorum, miserationum tuarum, & scelestiores ipsi hæc allecti misericordiã ad te veniunt manibus post terga revinctis, ac in tuum se dedunt obsequium: *Tuus sum ego, inquit, salvum me fac. Fortitudo Æthiopia, & Sabaim, &c. Vineti manicis pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur.*

**B** Per hæc tot venundari, ut facerent malum, pretio istius misericordiæ redempti. Per hanc ille, qui patrimonium cum meretricibus sic indignè prodegit: *Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum.* Sed heus tu, quã fiduciã, quã spe? Respondet Chrysol. illa, qua pater est: *Ego perdidici, quod erat filii: ille, quod patris est, non amisit. Ibo ad patrem reus, sed pater, viso filio, cooperit mox reatum, dissimulat iudicem, & sententiam citò vertit in veniam.* *Cum esset longè, vidit illum pater suus, & misericordia motus, cecidit super collum ejus, & osculatus est eum.* Sic pater iudicat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella: delicta non videt vis amotis: claudit amplexu, ne nudaret pater filii crimina. & c. talia, tantaq; exhibet signa lætitiæ, ut iusti, ut supra terigimus, scandalum quodammodò patiantur: sic senior scandalu sumptu visus est de nimia charitate,

**C** Quam ut hoc loco benè perpendamus, consideremus primò, quantum id fuit, quod huic pater condonavit. *Dissipavit miser, vel quod idem est Syriacè, dilapidavit substantiam suam, dispendium in primis omniũ bonorũ fecit, juxta Theoph. rationalitatis, libertatis arbitrii, cæli, terræ, universarum creaturarum legis Prophetarum, quæ per abusum omnia dilapidavit: condonavit præterea insolentiã illam, ac impudentiam, qua sic frontosè patrem quasi pugione aggressus compulsi consignare partem: Da mihi portionem substantiæ, qua me contingit.* Ad hæc contumeliam sibi, totiq; cognationi irrogatam, cum sic malè dissipasset omnia vivendo luxuriosè. *Gloria patris est filius sapiens.*

*Deus pœnis citra condignu, sed ultra condignum remunerat.*  
Thren. 3.  
Matth. 25.

Sap. 3.  
2. Cor. 4.

Psal. 116.  
Galat. in suis aoncor.

Psal. 129.

Isai. 45.

Luc. 15.

Chrysol. ser. 2. de duob. filiis.

Syriac. Theophylast.

Prover. 10.

piens: filius stultus mœstitia est matri sue. O A  
mœstiriam! d̄ confusionem, tam dege-  
nerem genuisse filium! Condonavit tan-  
dem servitium abjectissimum, vilissimam  
mendicitatem, porcorum custodiam,  
quibus toti fecerat injuriam nobilitati,  
quod & ipse rubore plenus agnovit. *Iam  
non sum dignus vocari filius tuus, qui scilicet  
tam longè abii in regionem longinquam dif-  
finitudinis, & oblivioni tui, ut loqui-  
tur August.*

Totum ipse condonavit pater. Sed  
quomodo? Fuerunt intercessores neces-  
sarii? Diuine adhibite preces? Apud pa-  
trem non intercedit extraneus, inquit  
Chrysolog. Verum id cum Deo: cum ho-  
minibus non ita. Ignovit certe David  
Abisalon fratricidium, sed tribus circiter  
annis post exilium, sed post parabolicas,  
ac iteratas intercessiones Thecutis, &  
Ioab. O quam aliqui rogari volunt! C  
Tandiu aliquando, ut exeuntem jam spi-  
ritum dentibus mandant, prius quàm ini-  
micis ignoscant. Hic verò pater ignoscit  
statim, non expectat rogari, non stat in  
throno, vel in sede paternæ Majestatis,  
nec in cubiculo, ut filius introgressus di-  
cat culpam, exosculetur terram, humi ja-  
ceat, ac tremens offerat satisfactionem:  
sed cum adhuc longè esset, vidit illum pater  
suus, & misericordia motus est, & accurrens,  
&c. O visum compatientis acutissimi! Vidit  
eum pater suus. Simul ut quis respi-  
ciscere in animo cogitavit, inquit Euthym.  
hunc etiam simul ipse videt, paratus  
semper ad eorum, qui converuntur,  
susceptionem, & ab exordio statim pœni-  
tentia illos recipiens.

Occurrens, legit August. obviam va-  
dens, non expectans, nimirum in throno,  
sed obviam vadens. Vulgata, Et accur-  
rens, quod maximam notat voluntatem,  
& impatientiam perveniendi. Accurrens,  
inquit Hugo Cardinalis, ut vultur advo-  
catus misericordiae. Arrias Mont. &  
Euthym. legunt: Et currens ruit in collum  
ejus; præ nimio gaudio subdit Euthym.  
non expectavit, ut ille veniret, sed prius  
occurrit: neque id utrunque, sed accurrens,  
ut appareat amoris vehementia. Et ruit

in collum ejus, certiore eum reddens,  
quod omne peccatum illi remisisset: Et  
osculatus est eum, tanquam desideratum fi-  
lium, qui usque ad pœnitentiam sceleratus  
fuerat, & abominabilis. O incompara-  
bilem celestis Patris amorem!

Rogo nunc, ait Chrysol. quis hic de-  
sperationis locus? hic simulatio quæ ti-  
moris? Nisi fortè timeatur occurfus, ter-  
reat osculum, turbet amplexus, & capere  
ad viadictam, non recipere ad veniam  
pater creditur, cum filium trahit mani-  
bus, claudit gremio ligat lacertis. Sed  
hanc cogitationem debellatricem vitæ,  
salutis inimicam expugnant nimis, nimis  
auferunt, quæ sequuntur.

Dixit autem pater ad servos: Cito proferte  
solam primam, & induite illum, &c. O cle-  
mentiam! Non dixit: Unde venis? Fu-  
isti ubi? Vbi sunt, quæ tulisti? Quare  
tantam gloriam tanta turpitudine com-  
mutasti? Sed: Cito proferte solam primam.  
Videte, quia delicta non videt vis amoris,  
tardam misericordiam pater pœnitit, deli-  
cta, qui discit, prodit. Et date annulum  
in manu ejus. Paterna pietas contenta  
non est, innocentiam reparare solam, nisi  
pustinum restituat & honorem. Et cal-  
ceamenta in pedibus ejus. Quam pauper  
redit, qui ditatus abiecerat, & de tota  
substantia calceamenta in pedibus non  
reportat! Date calceamenta in pedibus ejus:  
ne vel in pede remaneret deformitas nu-  
ditatis: certè ut calceatus anterioris vi-  
tæ rediret ad cursum. Et adducite vitulum  
saginatum. Communis vitulus non suffi-  
cit, nisi fuerit pinguis, nisi fuerit sagina-  
tus. Vitulus pinguis testatur paternæ  
pinguedinem charitatis. Hucusq; Chry-  
sologus.

Cui in ser. de Evang. septem panum, Bern. serm. 3.  
dulcis de more consonat Bernardus. Iam  
de Evang. de septem panum.  
verò, inquit, quarti panis ipsa est indul-  
gentia. Obsecro vos, diligenter colligi-  
te fragmenta, ne pereant: sunt enim sa-  
lubria valde, & dulciora super mel, & fa-  
vum. Sic enim ex toto indulsit, & tam  
liberaliter omnem donavit injuriam, ut  
jam non damnet ulciscendo, nec confun-  
dat imperando, nec minus diligit im-  
putat.

2. Reg. 13.

Euthym. in  
6. 15. Lac.

D. Aug. Vulg.

Hugo Card.  
Arrias Mont.  
& Euthym.  
ex Græco.

purando. Sunt enim aliqui sic donantes A injuriam, ut non ulciscantur, sapius tamen impropere. Sunt & alii, qui sileant licet, manet tamen alia mente reposita, & rancorem tenent in animo: quarum utriq; neutra plena indulgentia est. Longè ab his omnibus benignissima est Divinitatis natura. Liberaliter agit, ignoscit plenarie ira ut propter fiduciam peccatorum, sed pœnitentium, ubi abundavit delictum, solet & gratis superabundare. Testis est Paulus, gentium Doctor, qui plus omnibus cum divina gratia laboravit. Testis est Mattheus de telonio electus in Apostolum: cui etiam novi Testamenti primum Scriptorem esse, donatum est. Testis & Petrus, cui post trinam negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura commissa est. Testis etiam fumosissima illa peccatrix, cui in ipso conversionis initio tanta multitudo dilectionis concessa est, tanta postmodum indulta gratia familiaritatis. Adde. Testis deniq; parabolicus iste juvenis, cui pater tam insignia, tamque mira amoris, & charitatis contulit beneficia.

Deus liberaliter, & plenarie ignoscit.

Euthym.

Homines dimittam sapere donant veniam. 2. Reg. 14.

Hinc & Euthym. ait, parabolam hanc incredibilem manifestare misericordiam. O incredibilem misericordiam! Ignoscit hic pater, & ignoscit melius, quàm unquam ullus homo. Ignoscit citò, ignoscit totaliter. Ignovit David Absaloni: *Revertatur inquit ad Ioab in domum suam: veruntamen (ò illud veruntamen!) faciem meam non videat*; pro correptione nimirum, & exemplo aliorum hanc pœnam reservans, nec citò, nec totaliter ignovit: post duos etenim alios annos, instante eodem Iacob, Absalom in Curiam reductus est, & post adorationem amplexatus est eum pater in signum reconciliationis. O quàm longè major Dei misericordia! Quæ pœna, quæ so vos, auditur hic, quæ preces, quæ dilaciones? *Vidit eum à longè pater suus, & misericordia motus, cecidit super collum ejus, & osculatus est eum.* Non solum pœnam nullam exegit, sed insuper maxima beneficia contulit: nec solum maxima, sed extraordinaria, & ante incòsuetam aut ipsi exhiberi, aut fratri, in quibus convivium & mactatio rituali, & concertus, &

symphona, ut propterea frater conquestus sit: *Nunquam dedisti mihi hæc.* Ex quo apparet, quàm dulciter excipiat Dominus peccatores, quibus aliqua præstat, quæ justis ipsis non præstat.

Sed quanta, & qualia sunt beneficia in eum collata? Beneficia in universum utilia sunt, delectabilia, & honesta. Tribus hæc beneficiorum generibus eundem demeruit. Utilibus: quia à capite ad pedes revestivit illum, quia præ fame morientem pavit, quia ad paterna bona jus iterum dedit. Delectabilibus, quia cum amplexibus, & osculis excepit, quia vitulum saginatum in convivium mactavit: *Manducemus*, dictum est, pro necessitate, epulemur, pro voluptate; maximè post tantam famem, quæ glandes ipsas facit sapidas, nedum tenerimum vitulum; quia sese repente translatus vidit ab extremo uno ad alterum; ex umbrâ mortis, maximis miseris, parvo Inferno ad lætiam, ad felicitatem, ad vitam, ad paradysum quasi terrestrem. *Nova lux oriri visa est.* O quàm delectabile fuit ei, ad illud suum, *Peccavi*, nihil in propriis terminis responderi à patre, non se multari multum, vel parum, non concedi, quasi verè dixerit, peccasse in Cælum, indignum se filii nomine, sed dissimulari totum ab eo, qui dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, quasi audisset nihil. Accipiendâ, & mussitanda injuria adolescentium est, ut iste inquit: Hic ne quidem mussitat, nec minima quidem injuria videtur affectus. O Patrem misericordiarum! Sic, sic filiorum expugnantur animi, qui severitate obdurecunt, occallecunt aures, deponunt frontem, cum sese vident excipi malè, sed amare ligantur, funiculis & ipsi paterna charitatis trahuntur.

Honestis denique beneficiis est cumulat, à patre. Honor fuit obvium habuisse patrem stolâ, nec quavis vulgari veste fuisse indutum: *Cito proferte stolam primam.* Euthym. hoc est pretiosissimam gratiam, scilicet, quam perdidit à patre separatus, fidem, veritatem, cognitionem. *Et induite illum, qui se ipsum exiit, & date anulum in manu ejus.* O honorem! Anulum

Filius prodiguum à patre cumulat bonus

Utilibus

Delectabilibus,

Esth 2.

Terent. Adel. act. 2. serm. 1.

Honestis.

Euthym.

Annulus cui filio prodigo datus. Esdr. 3. Gen. 41. 1. Mach. 6.

nulum datus, cui plenam potestatem A damus. Sic Assuerus annulum dedit Aman, ut quod vellet, obfignaret. Sic Pharaon tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph. Sic in libris Machabæorum Antiochus morti proximus annulum dedit. Philippo amico, Annulus regius solet esse gemma signatoria. Quis dicat, an non fuerit gemma ipsius patris, qua exinde signare posset, ac disponere de omnibus, quæ patris erant? Arrabonem certæ familiaritatis erga Deum Patrem accepit, dum annulum istum accepit.

Filii prodigi patronus pater.

Quid ultra in hoc patre desiderari potest? Sed adhuc audi majora. Quis aded remittit offensas, ut fiat offendentis Parronus? Inveniuntur, qui reconciliantur inimicis, ut nihil ipsis mali velint: nonnulli etiam, quod plus est, ut bonum optent: at verò qui cum invidiâ causas suscipiant, non humanæ, sed divinæ est charitatis. En divina charitas. Cum auditis symphonias, quadam quasi invidentiâ ractus indignatus esset frater senior, nec ingredi vellet, egressus pater invitavit eum ad lætitiâ communem, cumque is regressisset falsa ob exaggerationem: Postquam filius tuus hic devoravit substantiam suam cum meretricibus. Syriac. Substantiam tuam. Græc. Vitam tuam cum meretricibus; pater nihil ad ista in suis terminis responderet, sed accusavit potius accusantem, dicens: Gaudendum de invento fratre, de reviviscentiâ ejus, nec propter eam tam oblectandum, aut ita præter charitatem pugnandum. O cæcum amorem prolis! per quem nihil amplius turpe videt in filio, qui eum se defendit, sic amplexatur, sic exoscularur, quasi nihil sit eo in mundo pulchrius. Non horret sordes, putorem, pedorem ex porcorum curâ contracturæ: foetor ipsi opobalsamum videtur. Mi pater, fuge has meas sordes, inquit ille. Et pater: Nihil eam me offendunt, quia te amo, gnate mi. Sic sic patri amanti nihil filii malè olet. O patris amorem!

Syriac. Græc.

Guilelm. in Acol.

Prodigi pater filio prodigalior.

sed tamen nō prodegit, nisi summæ patrimonium: at quæ comparatio est gratiæ, & pecuniæ, spiritus, & Carnis, Dei, & hominis? *Venite, emite, & comedite absque argento, & absq; ullâ commutatione vinum, & lac Divinitatis, & humanitatis. O Deum, liceat iterum dicere, prodigū sui!*

Guar. Abb.

*Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Græc. Pater vester est, Calorum regnum vobis ex sua maxima erga vos benevolentia dare vult. Pater vester est. O fiduciam!*

Luc. 12. Græc.

Quidam angusti cordis homines non capiunt, qui fieri possit, ut Deus diligat hominem, cum ipse cæcus non sit, nec levis amans, nec passione moveatur, optimeque cognoscat hominem, quoad corpus esse compendium omnium miserrimum, & quoad animam plenum tot undique malis. Sed verè falluntur, dum putant, amorem Dei eandem habere originem, quam habet amor in homine. Homo etenim ab extrinseco, hoc est, ab objecti bonitate rationem sui desumit amoris: Deus autem ab intrinsecâ suâ, non creaturæ bonitate ad amandum movetur. *Charitate perpetuâ dilexi te. Hinc mysticè faciunt fenestræ templi ab intrinseco latiores: non enim ab extrinseco lumen, sed ab intrinsecis luminibus desumebant.*

Jerem. 31.

Est id sensus Bean. in illud: *Pater misericordiarum.* Dicitur *Pater misericordiarum*, inquit Bern. non *Pater judiciorum*, quoniam ex se sumit materiam, & velut quoddam seminarium miserendi: nam quod judicat, & condemnat nos, eum quodammodò cogimus; miserendicantiam, & originem sumit ex proprio, judicandi, vel ulciscendi magis ex nostro.

D. Bernard. serm. 5. de Nat. Domini.

In eos, qui Dei misericordiâ abutuntur.

PUNCTVM XXVII.

Sed ut ait Tertullianus: Nemo deterior fiat, ed quod Deus bonus sit, toties remittens, quoties delinquimus.

Tertull. c. 7. de penit.

Aso

Ro. 7.2.

D. Anselm. ib.

Divina boni-  
tatis divitias  
contemnit.

Græc.

Divinam irā  
sibi thesauri-  
zare quid.

D. Anselm.  
D. Bernard.

Iob 14.  
Septuag.  
Chald.

Reut. 32.

D. Anselm.

An divitias bonitatis ejus, & patientia, & longanimitatis contemnis, ignorans, quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Divitias bonitatis in hoc manifestantur, ait in hunc locum D. Anselmus, quod tanta quotidie mala faciunt homines, & tamen Solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super justos, & injustos. O quot à terra dehiscens deglutire deberet, quos tamen bonitas Dei, benignitas Dei per beneficia, & favores ad poenitentiam provocat! Patientia ostenditur per tot, & tanta mala, quæ sustinet: longanimitas autem, quoniam non statim punit eos; sed expectat ad poenitentiam per multa tempora. Sed has divitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis contemnit, qui non sic utitur ad poenitentiam, ut Deus intendit; sed ad vanam securitatem vertit, existimans, Deum non curare humanas res aut donare, quod differt. Sed errat, ignorans, inquit, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit. Græcè, Ad poenitentiam te agit, & impellit, &c.

Tu autem secundum divitiam tuam, & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ira. Quid sibi vult, thesaurizas tibi iram? Qui thesaurizat, addit quotidie numos numis, & divitias divitiis, ut thesaurus augeatur. Sic Anselmus: Accumulas tibi iram, quasi thesaurum. Sic Bernardus: Thesaurizas tibi thesaurus iræ, pro pro rogatis thesauris misericordiæ. Adaugeat Deus quotidie thesaurum iræ, prout tu auges quotidie materiam iræ, quæ est peccatum. Signasti quasi in sacculo delicta mea. Sept. Signasti meus iniquitates in maris supio. Chald. Signatum est in libro memorialium delictum meum, & accumulatus super iniquitates meas. Eia, age igitur, adauge iniquitatem super iniquitatem: scito tamen quidd auges thesaurum iræ Dei. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

De divinâ benignitate iram sibi reprobis thesaurizat, inquit Anselmus: quia dum ad poenitendum tempus accipit, & ad peccandum expendit, ipsum remediū gratiæ vertit in augmentum culpæ; unde & omnipotens Deus, quia collata reme-

dia conspicit ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem, quam contulit, in iudicii distinctionem vertit, ut inde post plus feriat, unde modò amplius expectat: & quia homo deferere malum non vult, ut vivat; augeat, unde moriatur.

Hinc est, quod in praxi Scripturæ idem est punitionem differre, & irasci. Distulisti Christum tuum. D. Hieron. ex Hebr. Iratus es adversus Christum tuum. Audiuit Dominus, & distulit, hoc est, maxima ira excaudit. Id quod subdems declarat: Ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israël. Hinc ille: Lento gradu ad vindictam divina procedit ira: sed tarditatem supplicii gravitate compensat. Sic alius: Cunctatur: talis est Numiuis natura. Et Gregorius Quos diutius ut converterantur, expectat, non convertos diutius damnat.

Hoc est, quod in persona peccatoris fatebatur David: Iniquitates meae supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravata sunt super me. Vbi August. legit: Sicut fustes gravata sunt super me; quæ ex peccatis factis fiat, quo impius comburatur in die furoris, quando sicut ignem mittit Dominus iram suam. Eia ergo faciem adauge, ut pyram, & ignem, quo comburaris, adaugeas.

Et pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem. Quid sibi vult, Dominus à Domino? Cajet. Oleast. P. gnin. Vatab. id est, à se ipso, non à causis naturalibus; sed à sua omnipotentia, &c. Dominus à Domino. D. Hilar. Hieron. & August. id est, Filius à Patre. q. d. Ego humanam assumpturus carnem, humanæ naturæ ulciscar opprobrium: Et pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem.

Quia ira Dei illa fuit, postquam spatio centum annorum expectavit mundum ad poenitentiam? Aperta sunt catavata calis, &c. O quàm magna fuit Dei patientia! O quàm increduli illi ad justorum voces Lot, & Noë! Sed tandem rupti sunt fontes abyssi, & pluit Dominus à Domino sulphur, & ignem.

Vbi Greg. Sulphur sic ignem nutrit, ut foetorem gravissimum exhalat. In ipsa igitur qualitate ultionis notatur macula criminis:

Psal. 83.  
Hebr.  
Psalms. 77.  
Pœnam differre, & irasci, Deo idem.  
Plutar. de sera Numin. vindic. D. Greg.  
Psal. 37.  
D. Aug. ib.  
Peccata sunt fustes gravitates.  
Gen. 19.  
Cajet.  
Oleast.  
Pagnin.  
Vatab.  
D. Hilar.  
Hieron.  
August.  
Gen. 6.  
Dilu. sicut gravitate tarditatem supplicii Deus compensavit.  
1. Pet. 3.  
D. Greg. 14.  
Mor. 10.

Sodomita cum igne, & sulphure extincti. Lib. 4. Dial. c. 36.

criminosi: qui enim ad perversa desideria ex carnis fœtore arserant, dignum fuit, ut simul igne, & sulphure perirent. Et alibi: Quia amore illicito corruptibilis carnis exarserant, simul incendio, & fœtore perierunt: quatenus in pœna sua cognoscerent, quia æternæ morti fœtoris sui se delectatione tradidissent. Sic Rupert. Quia carnes eorum non quælibet luxuriæ, sed ejus libidinis igne arserant, quæ est contra naturam, idcō non qualemunque ignem, sed ignem super eos pluit sulphureum: Et quia talem carnis fœtorem miserant ad cælum, rectè de cælo fœtorem igneam, vel ignem fœtidum receperunt.

Rup. in c. 19. Gen. Cur igne de calis submisso.

Psal. 89. Symmach. Psal. 9.

Quos diutius, ut convertantur, expectat, non conversos, durius damnat: Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Symmach. Quis novit vires furoris tui?

Cassiod. ibid. Ezec. 7.

Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Ut hic ulciscatur (exponit Cassiodorus) in futuro gravius puniturus.

Hieron. ibid.

Et scietis, qui à ego Dominus spercutiens, ecce dies, ecce venit, floruit virga, germinavit superbia. Ubi Hieronym. Floruit virga, quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit.

Apo. 6.

O quàm merito miseri clamabunt: Montes, operite nos, & colles, cadite super nos! Quid hoc? quid trepidatis? A facie, inquit, iræ Agni. Quid? Estne Agnus leonæ sævior, ut à facie Agni trepidetis? O Agnum, qui modò non aperit os suum! ô mansuetum! ô piùm. Veruntamen, quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum, quia tu solus pius es? Quæ ratio hæc timoris? Optima est, quia hæc pietas in iram, & zelum vertetur.

Apo. 13. Dei pietas debet nobis timorem incutere.

Psal. 76. Hebr.

Viderunt te aqua, Deus, viderunt te aqua, & timuerunt, & turbata sunt abyssi. Heb. Viderunt te aqua, Deus, & torta sunt, & cruciata sunt. Et turbata sunt abyssi. Alii: Et tremuerunt abyssi.

Iob. 14. Hebr. Deum iratum intueri, gehennæ

Quis mihi hoc tribuat, ut in Inferno. Heb. Sepulcro protegas me? &c. Eligit mortem, quin fortasse Infernum dampatorum, hoc est, ipsas Inferni pœnas ad tempus. Sper. in XA Scriptura selecta.

cas nimirum, quas sensus appellat, antequàm oculos in illos Dei oculos indignatione plenos intendat. Et hoc ait Chryf. Si quis est, qui sensu, ac mente præditus sit, is certe gehennæ pœnam tolerare mallet, quam adverso Deo stare. Quid mirum, si David toto contremiscens corpore dicebat: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie oculorum tuorum? Ubi Origenes: Sola, inquit, facies iræ tuæ, id est, consideratio ipsa indignationis iræ me perterritur, & convertit, ut iræ tuæ jam in me locus esse non debeat.

na intolerabilis. Chryf. hom. 5. in exp. 15. epist. 1. ad Corinth. Psal. 37. Origen. ho. 1. in Ps. 37. Ex solâ consideratione iratâ vultus Dei David infirmabatur.

Hi memores divinæ justitiæ, misericordia non sunt abusi. Misericordiam, & judicium cantabo tibi, Domine, dicebat David; hoc est, non solum misericordiam; sed etiam justitiam cantabo. Dulcis, & rectus Dominus. Cassiod. Dulcis, ut ametur, rectus, ut timeatur. Sic Lippom. ad illud: Arcum meum ponam in nubibus calis, & erit signum fœderis &c. itam cum misericordiâ ibi conjunctam fuisse. Et iram quidem demonstrasse, cum arcum in signum posuit, qui terrore indicium habet ut ait S. Ambrosius: Misericordia verò ostentasse, cum non posuit in signum sagittam, quæ ferit, & vulnerat, mactat. Et Strabus ad illud, Et flammæum gladium, atque versatilem. Misericordiæ, inquit, est, quod versatilis sit, sed iræ, quod sit gladius, & flammæus.

Psal. 102. Psal. 24. Gen. 9. Cassiod. Lippom. Genes. 30. Strabus.

Bernardus: Pedum Dei alterum justitiam, alterum misericordiam nominem? Hæc illa sunt Sponsæ crura, quæ Sponsa tam magnificè commendat, comparans ea columnis marmoreis fundatis super bases aureas. Felix mens, cui semel Dominus Iesus utrumq; infixit pedem, timorem, & spem. Curato, ut neutro frauderis illorum. Porro enim si jam dolore peccati, & judicii timore compungeris, veritatis, & judicii que vestigio labia impressisti. Quod si timorem, doloremque divinæ intuitu bonitatis, & spe consequendæ indulgentiæ temperas, etiam misericordiæ pedem amplecti te noveris: alioquin alterum sine altero osculari non expedit, quia & recordatio solius judicii in barathrum desperationis præ-

D. Bern. ser. 6. in Cant.

Q

præ-

præcipitat, & misericordiæ fallax assentatio pessimam generat securitatem. Datum est mihi misero nonnunquam sedere secus pedes Domini Iesu, & modò hunc, modò illum totâ devotione amplecti. in quantum me sua benignitas dignabatur, admittere. At si quando miserationis oblitus, stimulante conscientia, iudicio paulò durius inharerem, mox metu incredibili, ac miserabili confusione dejectus, & tenebroso circumfusus horrore, hinc solum palpans de profundo clamabam: *Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Quod si eo relicto pedem misericordiæ plus tenere contingeret, tanta è contrario incuria, & negligentia dissoluebar, ut confestim & oratio tepidior, & actio pigrior, & risus promptior, & sermo incautior, & omnis denique utriusque hominis status inconstantior appareret. Proinde magistrâ jam instructus experienciâ, non iudicium jam solum, aut solam misericordiam; sed misericordiam pariter, & iudicium cantabo tibi, Domine. In æternum non obliviscar justificationes istas. Cantabiles mihi erunt ambæ pariter in loco peregrinationis meæ, quousque misericordia super exaltata iudicio, miseria conticeat, ac sola canter tibi de cætero gloria mea, & non compungar.*

*Psal. 100.  
Psal. 70.*

*D. Aug. tract.  
3. in Ioan.  
Rom. 9.  
Ioan. 8.*

*Psal. 24.*

*Isa. 42.  
Psal. 102.*

*Rom. 2.*

Sed optimè August. utriusque simul utilitatem, & necessitatem asserit, illud notans, quòd Dominus dixit adulteræ: *Nec ego te condemnabo, vade, & iam amplius noli peccare.* Non dixit Dominus, ait August. *Nec ego te condemnabo, vade, & vive, ut vis.* Intendant ergo, qui amant in Domino mansuetudinem, & timeant veritatem, etenim *Dulcis, & rectus Dominus.* Ama, quòd dulcis est, time, quòd rectus est. Tanquam mansuetus dixit, *Tacui;* sed tanquam iustus: *Nunquid semper tacebo? Misericors, & miserator Dominus.* Ita planè. Adhuc adde, *longanimis:* adhuc adde, *& misericors:* sed time, quòd est in novissimo, & *verax:* quòd enim modò sustinet peccantes, iudicaturus est contemneres. *An divitiis longanimitatis eius contemnis? Ignoras, quia patientia Dei nã penitentiam te adducit? Tu autem secun-*

*dem duritiam tuam, & imponentes eor, thesaurizas tibi iram in die ira.* Mansuetus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus, sed & iustus Dominus, & verax Dominus.

Sed, inquit, minatur Deus, vix autem unquam ad flagellum venit. Audi Chryso-  
*Chry. ser. 17. in epist. ad Rom.*  
stomum: Ergo hæc omnia verba sunt, & neque puniatur dives ille Lazari contemptor, neque fatuæ virgines à sponso reiciuntur? Ergo, qui fordidus est vestibus, non peribit manus, ac pedes vincit?

*Dei mina in opus exiunt.*  
Qui centum denarios à conservo suo exegit, non tradetur tortoribus? Quòd de mæchis dictum est, nimirum quòd vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, verum non erit? Sed minatur ista tantummodò Deus, iterum inquit. Et unde, dic, quæso, tantam rem audes publicè loqui, atque ex te ipso ferre sententiam? Ex his, quæ fecit Deus, contrarium probare poterò, non enim minæ sunt, & verba tantummodò, quæ facta sunt, & in opus exierunt. Quis totum orbem, inducto diluvio, stagnavit, ac grave illud naufragium, omnimodamque generis nostri perditionem effecit? Quis deinde flumina illa, relæque flammantia super terram Sodomorum dimisit? Quis universam Ægypti exercitum in mare demersit? Quis sexcenta Israëlitarum millia in eremo consumpsit? Quis Synagogam Abiron combussit? Quis subter eos, qui Core, & Dathan adhæserunt, telluris os aperuit, devorareque iussit? Quis septuaginta illa millia propter Davidis peccatum, uno temporis momento, peste occidit? Commemorabone & eos, qui privatim puniti sunt?

*Num. 15.*  
An Cain illum continuo traditum supplicio? An lapidatum cum omni suo genere Charmi? An cum, qui propterea quòd Sabbato ligna collegisset, idem passus est? An quadraginta illos pueros à bestiis consumptos, quibus neque propter ætatem paritum est? Si verò etiam post gratiam eadem videre volueris, perpende, quanta Iudæi pessimi sint. Quomodo liberos suos comederint mulieres, quomodo extremæ fami, bellisque variis, ac gravibus traditi, omnes superio-

res tragedias calamitatum suarum abundantia superaverint? Et Ananias, & Saphira quantas ob modici argenti furtum dederint poenas, omnes scitis, &c.

Adde igitur, adde peccata peccatis, tibi que blandire de minis solum, nec tandem flagella pertimesce. Puras, posse peccare in ævum, & impunè? Omnium, quæ sunt, inquit D. Thomas, sive bona, sive mala, est quadam certa mensura, quia nihil est infinitum, & omnium istorum mensura est in præscientiâ. Bonorum quidem in ejus præparatione. Eph. 4. *Quia unicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi.* Malorum verò in permissione: quasi aliqui sunt mali, non tamen quantum volunt; sed quantum Deus permittit; & idèò tandiu vivunt, quandiu perveniant ad hoc, quod Deus permittit. Matth. 23. *Implete mensuram patrum vestrorum.* Et idèò dicit D. Paulus: *Ut impleant peccata sua semper.* Ubi Cajet. Ut indefinenter addant peccata peccatis, quousq; impleant prævisum, ac permissam mensuram peccatorum. Vnde Cornelius à Lapide infert, Deum urbibus, regnis, & à parti proportionè impiis privatis certum statuisse peccatorum cumulum, ad quem poenam, vel vindictam differt, donec impleatur, ut illo impleto, omnia simul & perfectè vindicet, & castiget. Origenes: Sicut omnia fecit Deus in mensura, & pondere: ita etiam & patientiæ ejus certa mensura est, quam mensuram credendum est esse consumptam, vel ab his, qui diluvio perire, vel ab his, qui in Sodomis cælesti igne vastati sunt. Unde & de Amorrhæis dicitur: *Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum usque nunc.* Fert ergo Deus patienter, & expectat uniuscujusque poenitentiam: sed non nos dissolvat hoc, & tardos ad conversionem faciat; quia rursus patientiæ ejus, & sustentationis ejus certa mensura est. *Secundum avaritiam tuam, & cor impoentens, thesaurizas tibi iram in die ire, & revelatio nis iusti iudicis.* Sic Ambros. ad illa verba: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ impletus est.* Magna Domini patientia, ut non

A statim peccatorem puniat, sed diu differat, expectans correctionem, nec commoveatur ad ulciscendum, nisi peccator mensuram excedat. Idem in illud A. ost. *Ve fiat supra modum ipsum peccatum peccans per mandatum.* Quid est, ait, supra modum, quasi datus sit modus delinquentibus, cum peccare non liceat? Sed Dei verba sunt dicentis: *Non sunt completa peccata Amorrhæorum.* Per quod ostendit, mensuram quandam esse delictorum, quam cum impleverint peccatores, vitæ digni minimè judicentur, sicut & Pharaon, quia istum modum impleverat, Dei virtutes, & signa in illum ostensa sunt, per quæ cæteri territi ad emolumenta vitæ se exercerent, ut in mortuo vita discatur. Hoc item August. vel Author libri de vita Christiana, inter Opera Augustini.

Sed hoc magis, inquit, sentire nos convenit, tandiu unumquemque Dei patientiâ sustentari, quamdiu nondum peccatorum suorum terminum, finemq; compleverit: quo consummato, cum illicè percuti, nec illi ullam veniam jam reservari. Esse autem, subdit, certum peccatorum modum, atque mensuram, Dei ipsius testimonio comprobatur. Et quod unusquisque vel celeritè, vel tardius, prout peccatorum suorum modum expleverit, judicetur, evidentissimè quidem demonstratur, quando de Sodomorum, & Gomorrhæorum interitu, ac incendio (qui sua jam peccata repleverant) ad Abraham Deus loquitur dicens: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum repletus est, & peccata eorum magna vehementer repleta sunt.* De Amorrhæis verò quid dicit, qui sua nondum peccata finierant, quos post multos annos, quàm supradictæ civitates crematæ sunt, constat esse deleros. *Nondum repleta sunt peccata Amorrhæorum usque adhuc.* Quo exemplo manifestissimè instrui mur; & docemur, singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem, consummari, & tandiu, ut convertatur, sustineri, quamdiu cumulum suorum non habuerint delictorum consummatum. Nemo se fallat, nemo

Q 2

Rom. 7.

D. August. ad vita Christi. c. 3.

Gen. 15.

A 3. 5.

D. Thom. in 1. ad Thess. 2. lect. 2.

Ephes. 4. Peccatorum mensura impleta interitum adfert. Matth. 23. 1. Thessal. 2. Cajet. ibid.

Corn. à Lap. ibid.

Orig. lib. 2. super epist. ad Rom. c. 2. tom 3.

Gen. 15.

Ambros. de Abr. Patriar. l. 2. c. 6.

Psal. 5.

nemo se decipiat: malos non amat Deus, peccatores non amat, injustos, rapaces, crudeles, & impios non amat. Quoniam non volens Deus iniquitatem tu es. Et odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Hactenus ille, qui tamen, ut ceteri Patres, sic intelligendus est, ut peccatori nec tunc gratiam sufficientem denegat.

D. Bernard.

Psal. 33. Pagnin.

Apoc. 4.

Tantâ igitur, Fratres mei, misericordiâ non abutamur, nec pedem alterum amplectentes, misericordiâ scilicet; alterius, hoc est, justitiâ obliviscamur, sed ut monet Bernard. ambabus ulnis amoris, ac timoris complectamur utrunque: nam etsi Oculi Domini super justos: Vultus etiam, vel cum Pagnin. ira Domini super facientes mala. Et licet nunc sedens sedeat similis aspectui viridis jaspidis misericordiâ in throno, tamen idem jam similis est sardini ardenti suâ justitiâ.

Adjutorium, & auxilium in tribulationibus inveniam esse validum.

Tot, tantaque? quid? num id experientia, asque didicisti, sancte David? Quoties! Eram quondam quadam in speluncâ latitans, hostium que circumseptus cuneis, ij ipsi, qui mecum aderant, de hac in Deum fiduciâ me perterritabant, dicentes: En circumdatus nobiscum ab exercitu, quomodo effugies, nisi avoles quasi passer? In Domino confido, inquit David. Et ecce celerrimus nunciis ad Saul, qui mox, quadam belli occasione aliunde extortâ, abire cogitur. Tunc David ad suos: Quomodo dicitis anima mea: Transfringam montem sicut passer? In Domino confido.

Nec iterum hac spe frustratus: Misit, inquit, de caelo, & liberavit me, &c. Ad Deum, qui benefecit mihi. Chald. Qui precepit aranea, ut perferret telam in ore spelunca ad defensionem meam.

Hanc suam Deus protectionem promittit in Isa. Dominum exercituum, ipsum sanctificabo, & erit vobis in sanctificationem. Alii ex Heb. Et ipse erit vobis in palatium, & asylum. Quæ major securitas, quam palatium, quam Curia Regis caeli, & terræ?

Fugiebat quondam Jacob à facie fratris sui Esau. Itinere fatigatus quodam confedit in loco, ubi dehescere nequaquam potuisset, si Esau supervenisset. Quid egit tunc Deus? Ut ostenderet, quanta eum ejusdem cura maneret, ipsi Cælum aperuit: Viditque scalam, & cacumen illius tangens cælum. Quasi diceret: En palatium, & asylum, ô Jacob. Sed, ô Domine, quis ascendere potest? En scala, en Angeli, en egomet, qui manum porrigam, ut te recipiam, teque apertis complectar brachiis. Erat innixus scala, inquit Hieron. ut lassus manum porrigeret, ut ascendentes suo ad laborem provocaret affectu. Quasi diceret: Quid? Domo discessisti? En Cælum. A proprio fratre fugatus, fratrem reliquisti? En Angeli. Exterus es absque patre, & matre? En ego. Times? Scande, ut vel in meo sinu te abscondam. Ego ero custos tuus, quocumque porrexeris. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

De fiducia Dei in tribulationibus.

PUNCTUM XXVIII.

Gen. 15. Hebr. Alciat. in Hebr.

Fiduciam hanc in adversis suavit Deus Abraham. Ego, inquit, protector tuus sum. Hebr. Ego scutum tuum. q. d. Confide, quia ego protectio tua sum, ego scutum tuum sum. Memini hoc loco emblematis illius militis, qui cum fuerit scuto optimè protectus in terrâ, eodem, carens naviculâ, flumen traiciens, inquit: Cum premeretq; solo, cum premeretq; salo ob id in eo totam quasi suam locarat fiduciam, Miles erat. O quàm melius, si quod de materiali dixit, hoc divini adaptasset protectionis scuto! Ego scutum tuum, quo terra, marique tutus discrimina vitales omnia. Cum premeretq; solo, cum premeretq; salo, hoc scutum meum, spes mea, fiducia mea in terrâ, & in mari.

Psal. 45. Hebr. Davidis fiducia in Deum.

Ut id dignoscerebat David! Deus noster refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus, qua invenerunt nos nimis. Hebr. Deus nobis spes, protectio, asylum, hospitium, refu-

Psal. 10.

Psal. 56.

Isa. 1.

Hebr.

Deus super palatium, & asy-

lum.

Gen. 28.

Deus promissus

protector suorum.

Hieron. ep. ad Iulianum.